Non mutatur genus prædicationis penes abſolutum, & relatiuum. Ratio.

mutatur genus prædicationis penes abſolutum, & relatiuum; aliàs tot eſſent genera prædicationis, quot ſunt prædicata: ergo neque in diuinis mutatur genus prædicationis penes abſolutũ, & relatũ.

8. & veræ ſent. 1. Aſſertio. Eſt indirecta. Exemplum. 2. Aſſertio. Poteſt dici ſubſtantialis. Oſtenditur exemplo huius, Verbum eſt homo.

Dicendum igitur eſt, prædicationem non eſſe eſſentialem, ſed neque accidẽtariam, quia non eſt directa, & formalis; ſicut iſta, Animal eſt homo, neque eſt accidentaria, neque eſſentialis: ſed eſt indirecta, quæ neutra eſt. Prætereà poſſumus dicere quòd ſicut hæc prædicatio, Verbum eſt homo, dicitur à S. Thoma eſſentialis, quia prædicatum reſpicit hypoſtaſim Verbi, vt eſſentia eius eſt; at verò à quibuſdam viris doctis, quia nõ eſt abſolutè prædicatio eſſentialis, dicitur ſubſtantialis, vt non omninò dicatur eſſentialis. Ita etiam in iſta enunciatione, Deus eſt Pater, quia prædicatur hypoſtaſis, quæ eſt perfecta ſubſtantia, & prædicatio eſt neceſſaria; poteſt quoque dici ſubſtantialis: ſed ſufficit dicere, illã prædicationem eſſe indirectam.

9. Documenta ad hoc caput, & ad præcedẽs reuocanda. Primum ex art. 3.

Ad hoc caput reuocanda ſunt documenta, quæ tradit S. Thom. q. illa 39. art. 3. 4. & 5. licèt nonnulla illorum pertineant ad ſuppoſitionem nominũ, non ad prædicationem. Art. 3. docet nomina eſſentialia prædicari de perſonis numero ſingulari, ſi ſubſtantiua ſunt, quia Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ſunt vnus Deus.

10. Secundum ex art. 4. ad præcedens cap.

Articulo 4. docet nomina eſſentialia in concreto ſupponi pro perſonis, vt cũ dicimus, Deus generat Deum, hoc eſt, Pater generat Filium.

11. Tertium ex 5. ad præcedens.

Art. 5. docet nomina eſſentialia abſtracta non ſupponi pro perſonis, vt cũ dico; Eſſentia generat, non eſt ſenſus quòd Pater generat, ſed quòd ipſa natura ſubſiſtens generet: vbi aliud documẽtum tradit ſolutione ad 5. quòd nomina perſonalia ſubſtãtiua poſſunt prędicari de eſſentia, non verò nomina adiectiua; dicimus enim quòd eſſentia eſt genitor, ſed quod eſſentia ſit generans negamus, quia nomina ſubſtantiua non faciunt appellationem, ſicut adiectiua.

Quartũ ex 5.

12. Quintũ ex 6.

Artic. denique 6. docet nomina perſonarum poſſe prædicari de eſſentia ob rationem eandem, quia ſubſtãtiua ſunt; ibi tamen diſputat ſolut. ad 2. de genere prædicationis, identicæ, aut per ſe, quod nos hoc iam cap. præſtitimus.

Sextum ex 6.

13. Septimũ ex 6.

Ibidem obſeruat S. Thom. prædicationem eam, in qua dicitur inferius de ſuperiori, vt homo dicitur de animante, enunciando, *Animal eſt homo*, eſſe accidentalem: non quòd homo ſit accidens, ſed accidit cogitãdo vt animal dicamus hominem, quia poſſumus dicere leonẽ, & alia animalia; quia animal per ſe neque eſt homo, neque leo: Deus verò eſt Pater per ſe, & nullo modo per accidẽs, cum non poſſit non eſſe Pater, vt ibidẽ docet S. Thom. quia neque re ipſa accidit naturæ diuinæ eſſe Patrem, neque cogitando poſſumus dicere, Deum non eſſe Patrem, ſicut dicimus animal non eſſe leonem: neque enim Deus eſt natura vniuerſalis, de qua dicuntur inferiora per accidens, ſed eſt natura communis communitate reali, cum qua ſingularia quæ ſunt perſonę, ſunt per ſe coniuncta.

Prædicatio in qua prædicatur inferius de ſuperiori eſt accidentalis. Ratio.

At Deus eſt Pater per ſe.

*S. Thom.* Ratio.

15. 8. Documenti pars 1. Nomina abſtracta eſſentialia in Deo prędicantur de ſe inuicem quaſi in ſenſu identico, nõ in formali.

Poſtremò dicendum nomina abſtracta eſſentialia prædicari de ſe inuicem quaſi in ſenſu identico, quo ſenſu loquitur Diuus Auguſt. *6.* de Trinit. cap. *6.* non verò quaſi in ſenſu formali: attributa enim differunt ratione formali; ergo ſignificata nominibus abſtractis, quę ſignificant ipſas rationes formales, non prædicantur de ſe inuicem, niſi ſenſu identico: ſicut enim in Deo intelligere non eſt velle, & miſereri non eſt punire; ita neque intellectus eſt voluntas, neque miſericordia eſt iuſtitia in ſenſu formali: Sunt tamen hæc omnia re ipſa vnum; & in ſenſu identico poſſunt prædicari mutuò: quæ eſt opinio Ioan. Capreol. in 1. d. 8. q. 4. art. 3. imò & Gregor. d. eadẽ, q. 2. qui attributa negat diſtingui, vel etiam ratione; credit tamen non prædicari mutuò. Et hæc eſt conſentanea opinio affirmantibus vnum attributum non claudi in conceptu alterius. Quare non mirum, quod Barthol. Torres credens illa includere ſe ſe mutuò, affirmet de ſe mutuò prædicari. Abſtracta verò eſſentialia de concretis prædicari confitendum eſt, cum definitum ſit in Concilio Rhemenſi, Deum non ſolùm eſſe ſapientem, ſed ipſam ſapientiam, & de perſonis diuinis idem eſſe cõfitendum. Quod etiam ratio conſentit: nam nomina abſtracta indicant rei ſimplicitatem, vt cum Sancto Thoma obſeruauimus lib. 2. Quare in diuinis ita vſurpantur vt concreta ad ſignificandam diuinam ſimplicitatem; niſi aliunde obſtet ſenſus formalis, quo ſenſu negamus, pa-

*S. Auguſt.* Ratio. Declaratur.

Hæc opin. eſt *Capreol.* *Gregor.*

Idem affirmãtium vnũ attri. nõ claudi in conceptu alterius.

*Torres* hoc negans aduerſatur.

Pars 2. Ea abſtracta prædicantur de concretis.

*Cõc. Rhem.* vt lib. 1. c. 24. p. 3. cap. 30. p. 1 n. 29. cap. 43. p. 1. n. 15. Ratio, vt ibid.

Pars 3. ex S. Thom.

ternitatem generare, aut creare. Rectè etiam obſeruat S. Thom. de potentia, q. 8. art. 2. ad 7. adiectiua nomina proprio ſignificandi modo conuenire ſuppoſito, minùs propriè eſſentiæ, relationi verò impropriè: quod non eſt intelligendum de omnibus adiectiuis, nam relatio diuina eſt propriè æterna, & perfecta.

Limitatio.

## CAPVT XXIIII.

*Deitas non generat, ſed Deus.*

1.

PRima, præcipuaque difficultas à nominum diuinorum ſuppoſitione accepta hæc eſt, cuius explanatione Catholicam tuemur veritatem, quòd Deitas non generat, ſed Deus.

2.
*Magiſt.* negabat.
*Abb. Ioach.* concedebat.
*Alph. a Caſt.*
*Ric. de S. Vi.*

Celebris ea diſputatio fuit inter Doctores, cum enim Magiſter in 1. negaſſet iſtam enunciationem, Deitas generat, oppoſuit ſe Abbas Ioachim. affirmans eſſe concedendam, vt refert Alfonſus à Caſtro libr. 3. de hæreſibus, & Richard. de S. Victore libr. 6. de Trinit. cap. 22. Eccleſia autem definiendo inclinauit in partes Magiſtri, vt dicemus.

3.
*Ioachimus* concedẽdo ponebat Deitates duas, contra Cap. *Damn.*
*Ric. de S. Vi.* concedit eandẽ, contra idẽ cap.

Quo loco aduertẽdum eſt quòd Ioachimus in eo, quod aſſerebat, Deitatem generare aliam Deitatem, ponebat Deitates duas, quæ hęreſis damnata eſt cap. *Damnamus.* At verò Richard. de S. Victore 6. de Trinit. cap. 22. concedit Deitatem generare, vt Deitatem pro Patre accipiamus. Sed iſta propoſitio, Deitas generat, condemnatur eodem cap. quarè in rigore loquutionis, hæretica eſt.

4.
De gener. actiua, Aſſertio 1.
Si diſputemus de re ipſa, Deitas non generat, ſed ſolus Pater.
1. Ratio.

Et quidem ſi de re ipſa ſit ſermo, certiſsimum eſt Deitatem nõ generare, ſed Patrem ſolum generare. Nam inter generans, & genitum intereſt realis diſtinctio; quapropter oporteret Deitatẽ eſſe diſtinctam à Filio genito, ſi quidem ipſa gigneret Filium. Res ergo creatas à Deitate diſtinctas, Deitas producit, & creat, quia ab eiſdem diſtinguitur. Quod autẽ Filium generet Deitas, non eſt intelligibile; ſiquidem Deitas, & Filius eſt vna, & eadem res, nullo modo diſtincta, niſi ſola ratione; & hanc cauſam negandi propoſitionem, Deitas generat, prætendit Alex. Alenſ. & Scot. d. 5. q. 5.

Deitas, & Filius eſt vna, & eadem res.

*Alenſ.*
*Scot.*
Hic 2. rationẽ affert.
Refellitur.

Scotus verò etiã aliam affert, quia eſſentia, inquit, eſt abſtracta vltima abſtractione, ita vt non poſsit eſſe principium quod proceſsionis. Sed tamen cum eſſentia diuina, ſiue Deitas maximè ſit principiũ quod proceſsionis ad creaturas, quamuis ſit forma abſtractiſsima; alia ratio quærenda eſt, quare Deitas non ſit principium quod internæ proceſsionis. Ea autem eſt ratio, quia oportet eſſe diſtinctum principium quod, & id quod ab eo emanat, vt declarauimus.

Prior ratio probatur.

Aduert.
In hac, Deitas non generat, non ſignificatur in re ipſa negatio realis quæ ſit inter Deitatem, & generationẽ.
Vera eſt propter fund. in re.

Aduertendũ tamen eſt, id quod anteà docuimus, in hac enunciatione, Deitas non generat, non ſignificari in re ipſa negationẽ realem, quæ ſit inter Deitatem, & generationem; quoniam tunc eſſent res diſtinctæ, generatio, & Deitas, quod eſt falsũ; ſed eſt vera enunciatio negans propter fundamentum in re, cum oporteat generans, & genitum eſſe res diſtinctas, Deitas autem & generatio non ſint res diſtinctæ; idcircò verè dicitur, quòd Deitas non generat.

5.
De paſsiua, 1. ſententia *Genebr.*
Filium habere eſſentiam genitam.
Pro ea Patres vt à n. 21.
Ratio.

Genebr. tamen vir aliàs doctiſsimus, reſponſione ad Schegkium, fol. 88. multis contendit, non poſſe intelligi Filium Dei eſſe verum Deum, niſi habeat eſſentiam, & ſubſtantiam genitam: quod cõfirmat Patrum ſententijs, qui eſſentiam in Filio genitam dicunt; quas ſentẽtias poſteà explicabimus. Et hoc iterũ probat; quia natis nobis, & ea quæ ſunt in nobis naſcuntur.

Ad definitionem Eccleſiæ dicit eſſentiã eſſe genitã in Filio, atq; adeò ſecundũ quid tantùm.
Probat hoc.
Confirmat.
*Mar. Vict.*

Eccleſiam verò ait definiſſe eſſentiam non eſſe genitam ſimpliciter, ſed rectè dici eſſe genitam in Filio, quod eſt gigni non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt & in nobis eſſentia non ſimpliciter gignitur: probat hoc aſſertum, quia Filius ſecundum diuinam naturam eſt genitus; eſt igitur & ipſa natura genita in Filio. Et confirmat, quia Filius nõ ſolùm perſonã accipit, vt perſona dicatur genita, ſed etiã accipit naturã, vt & natura genita dicatur. Et Marius Victor. lib. 1. contra *Arium* dixit, *Quoniã Dei eſt voluntas ipſa quæ ſit generans, generatur:* ergo ſaltem in Deo, eſſentia eſt generãs, & genita.

2. & vera ſent. *S. Thom.*
Declaratur.
Eſſentia creata producitur ſecundum quid & per accidẽs ex lib. 4. c. 2. p. 2. & c. 30. p.
Eſſentia diuina nullo modo producitur aut gignitur

Sed tamẽ longè melius philoſophatur S. Thom. in proceſsionibus rerum creatarum eſſentiam produci ſecundum quid, & per accidens, quia eſſentia rei producta, eſt diſtincta ab eſſentia producentis, quoniã eſſentia producta incipit eſſe noua quadam exiſtentia, quæ indicat diſtinctas quoque eſſe eſſẽtias, vt lib. 4. docuimus: eſſentiam verò diuinam, quæ eſt ipſum eſſe genitoris, & geniti, quæ eſt vna, & eadẽ in vtroque, nullo modo, neque ſe-

Probatur hoc euidenter. Productum à producente non diſtinguere eſt Sabellianum.

cundum quid, neq; per accidens produci, aut gigni: quod probatur euidentiſsimè, quia res producta à producente neceſſariò diſtinguitur; aliàs non diſtinguamus Filium à Patre, vt facit Sabellius; ſed quod gignitur quoquo modo etiam per accidens, verè producitur; generatio enim eſt quædam productio, vt liquet: ergo eſſentia Filij, quæ non diſtinguitur ab eſſentia Patris, nullo modo gignitur, ſicut nullo modo producitur. Et contraria ſententia non longè abeſt ab hæreſi. Quòd ſi dicas eſſentiam quidem gigni, ſed non produci, vt videtur inſinuare Genebr. eo in loco: æquiuocè accipis verbum gignendi, vt id dicatur genitum, quod eſt per generationem acceptum; quo ſenſu poſteà explicabimus Patrum dicta ſimilia. Sed more philoſophorum ſi ſit loquendum, nullo modo eſt eſſentia genita; nec idem eſt, naturam accipi, & naturam gigni, vt ille arguit, ſicut non idem eſt dare, quod gignere. Nam Pater dat eſſentiam ſuā, & non gignit illam. Quod autem ait Filium gigni ſecundum eſſentiam, veriſſimum eſt; ſed non ſignificat eſſentiam gigni, ſed ſignificat eſſentiam eſſe generationis principium formale, aut terminum, vt ſuprà dictum eſt. Et folio 120. concedit Genebrard. idem eſſe numero gignens, & genitum: quod ex dictis illius eſt conſequens; ſed id ſanè falſiſsimum. Nam inter gignens, & genitum, & Philoſophi, & Patres neceſſarium diſcrimen reale agnoſcunt. Marius verò Victor. eo loco vel per metaphoram loquitur, vel ſaltem impropriè, vt libro 2. declarauimus, dicit enim ibi Filium generare ſe ipſum, & nullo modo fauet Genebrardo, vt videre licet in explicandis verbis eius libr. 2.

1. Sent. ferè eſt hæreſis. Reſponſio Genebrardi. Refutatur. Non eſt idem naturam accipi, & gigni, ſicut nō eſt idē dare eſſentiam & gignere illā. Filium gigni ſecundum eſſentiam rectè ait hic Doctor. Ratio. Idem eſſe numero gignens & genitū conſequenter ait, ſed falſo. Ratio. Ad Mar. Vict. lib. 2. c. 17. n. 4.

6. Hæreticorum ratio ex illatione ex defin. Eccleſiæ. Refellitur, vt lib. 2. c. 9

Hæretici huius temporis ex eo pronunciato Eccleſiæ, quòd eſſentia non generat, neque generatur, colligūt quòd neque Pater generat, neque Filius generatur, vt refert idem Genebr. lib. 4. de Trinit. cap. 32 1. Sed ſtultiſsimè paralogizantur; vt liquet ex dictis hìc, & lib. 2. diſp. vberiori.

7. 1. Aſſertio, vt conſtit. ſi diſputemus de modo loquendi. Probatur.

Deinde vt diſputemus de ipſo loquēdi modo, dicendum eſt, Deitatem non generare, ſed Deum quidem generare. Nam inter Doctores controuerſia fuit de modo ipſo loquendi, & conſtitutum eſt ab Eccleſia, Deitatem non generare: ergo modus ipſe loquendi nobis præſcriptus eſt. Nam iſta enunciatio, Deitas generat, ſignificat id ipſum, quod ſecundum rem falſum eſt, ſcilicèt naturā diuinam generare; quare oporteret eſſe diſtinctam à re genita, vt modò differebamus. Iſta autem propoſitio, Deus generat ſignificat Patrē generare. Si verò diſcrimen vtriuſque elocutionis exquiratur, eſt vnus Holcoth q. 10. dub. 4. qui arbitratur huius dogmatis rationē nullā reddi poſſe, ſed ita definitū eſſe, quia libuit Eccleſiæ. Quæ ſententia errat cōtra fidem: neque eſſet inſignis error, ſi iſte Doctor ſolūmodò diceret Eccleſiā, ita hæc nomina diuiſiſſe, vt alterum indicaret eſſentiam, alterum Patrem; & ita iſtam enunciationem, Deitas generat, eſſe falſam, quia ex inſtituto Eccleſiæ Deitas ſignificaret ſolam naturam; illā autem enunciationem, Deus generat, eſſe veram, quia eodem ſtatuto Eccleſię, nomen, Deus, indicaret perſonam; vſus enim nominum pendet ab humano placito eorum hominum, qui habēt popularem auctoritatem loquendi, & poteſt Eccleſia ſuo placito ſtatuere nominum vſurpationem: ſed vel hoc ipſum, quòd Eccleſia ad libitum abſque vlla ratione aut pondere, immutauerit nominū ſignificationē vel vſum, ſatis improbè dictum eſſet. At verò cum Eccleſia nominum vſum non mutauerit; ſed iiſdē vſa, quæ in diſputatione verſabantur, decreuerit Deitatem non generare, ſed Deū, in errorem contra fidem per inconſiderantiam hic Doctor lapſus eſt, aſſerens Eccleſiam abſque vlla ratione iſtud dogma ſanxiſſe. Quòd enim Eccleſia temerè, & abſque ratione, fidei definitionem edat, ſiquis putat, errat manifeſtè cōtra fidē; parūq; abeſt à diſſenſu Eccleſię, qui exiſtimat illam ad libitum proponere fidelibus, quæ credenda ſunt.

Hæc, Deitas generat, ſignificat naturā generare. Hæc, Deus generat, ſignificat Patrem generare. De ratione diſcriminis. 1. ſententia. *Holchot.* nullam eſſe. Eſt error. Non eſſet inſignis error, ſi diceret, ad libitum tātum ab Eccleſia adhoc mutatam nominum ſignific. vel vſum. At hoc eſſet improbè dictū. Eccleſia nomina nō mutauit, quę in diſput. verſabantur. Vnde ille error eſt inſignis. Oſtenditur.

8. Excuſatio pro Holcoth. Refutatur. Definitionis Eccleſiæ de hac re non eſt antiquior traditio.

Vna eſt excuſatio Holcoth, quia ait non poſſe reddi rationem naturalē Eccleſiæ definitionis. Et quidem ſi aliquid Eccleſia decerneret ex traditione acceptum, non eſſet neceſſaria ratio naturalis, qua in definiendo niteretur. Sed cum iſtius ſanctionis non ſit antiquior traditio, nefas eſt affirmare, abſque vlla ratione, & abſque vllo iudicio, ſed ad libitum, propoſuiſſe Eccleſiam Dei hoc pronunciatum credendum, quòd eſſentia non generat.

9. Dub. quo pacto rem hanc Eccleſia definierit?

Occurrit hìc autem dubium, cum Eccleſia non faciat nouas fidei definitiones, niſi eas quæ in ſenſu ipſo Eccleſiæ latent, eruendo prodat, atque explicet, vel ab ſcripturis ſacris, vel etiam à traditione; quonam pacto rem iſtam agitatam inter Doctores, definiendo conſtituerit?

1. Reſponſ. Eccleſia per regul. dialecticas euidenter cõmõſtratas, collegit titulum.

Dicendum eſt Eccleſiam eruere fidei definitionem ab ſcripturis, vel traditione eccleſiaſtica, per euidentem cõſequentiam, maximè, accedente auctoritate Patrum; quare per regulas dialecticas euidenti argumentatione commonſtratas, collegiſſe Deitatem non generare, ſed Deum.

2. Reſponſ. Nõ definijt ſaltẽ expreſſe hãc Deus generat. Cõceditur à *Conc. Later.* Definijt hãc, Deitas nõ generat.

Vel etiam dicendum eſt, Eccleſiam non definiſſe Deum generare, ſaltem verbis expreſsis, licèt eam propoſitionem concedat Concil. Lateran. cap. *Damnamus*; ſed Deitatem non generare definijt; quia ipſiſmet verbis declaratur, id quod re ipſa verum eſt, naturam non generare, ſed perſonam.

10. 2. Sent. Illius diſcrim. ratio datur. Videndus *Torres.* Optima ratio *S. Thomæ*, ex ſuppoſitione nominum abſtractorum, & concretorũ, vt cap. 22.

Diſcrimen igitur inter vtrãque enũciationem, aliud, atque aliud Doctores indicant; quod facit longiùs Bartholom. Torres ad art. iſtum S. Thomæ: ſed ratio vna, ſcilicèt S. Doctoris, planiſsima, & firmiſsima eſt. Quia enim nomina abſtracta ſupponuntur pro ipſis rebus, quas ſignificant, vt anteà docuimus. Nomina autem concreta ſupponuntur etiã pro ijs in quibus forma ſignificata inuenitur. Cum dicimus, Deitas generat, ſenſus eſt, quòd natura diuina generet, quod eſt hęreticum. Cum autẽ dicimus, Deum generare, ſenſus eſt Patrem generare; quoniam nomen, Deus, poteſt ſupponi pro Patre, vt dictum eſt; & tunc maximè ſupponitur pro Patre, cum prędicatum notionale, quod ſignificat originem, id ipſum poſtulat.

Alia ratio *Dom. Soti*, quòd generare, &c. affert appellationẽ, ſiue ſenſum formalem. Sic velle, &c. Vnde Deus vult rem, quæ eſt furtum, ſed non vult furtum.

Dominicus Sot. vir ſapientiſsimus in ſuis ſummulis exiſtimans eſſe quandam appellationẽ nominum dialecticam in iſta enunciatione, Deitas generat, eò quòd prędicata notionalia, quæ originem ſignificant, appellationem afferant; ſicut etiam verba, quę indicant actũ animi; Deus enim vult rem, quæ eſt furtum, ſed non vult furtum, quia verbum velle affert appellationem, ſiue formalem ſenſum; & ſignificatur, Deum velle furtum, qua ratione furtum eſt. Similiter ait, in iſta, Deitas generat, appellatio eſt generationis ad ipſam Deitatem, vt Deitas eſt, non vt perſona eſt.

Improbatur vt redundans. Probat etiam Deum non generare.

Sed iſta probatio redundantiæ peccat. Nam ſimiliter colligendum eſſet, Deum non generare propter nominum appellationem; quia Deus, quatenùs Deus non generat. Simplicius eſt ergo, cum S. Thoma dicendum, iſtam enunciationem eſſe falſam, Deitas generat, quia nomen, Deitas, non ſupponitur pro perſona, ſed ſolùm pro natura diuina.

11. Dub. de hoc modo loquendi: Deitas in Patre generat, in Filio generatur.

Circa iſtum loquendi modum, quòd Deitas non generat, ſed Deus generat, occurrit quæſtio, vtrùm concedendum ſit, quòd Deitas in Patre generat, aut quòd in Filio generatur? Nam hæc propoſitio, Deitas in Patre generat, videtur ſignificare, quòd ſit in Patre principium generationis; & illa altera, ſcilicèt Deitas in Filio generatur, videtur ſignificare, Deitatem in Filio eſſe terminum generationis: & vtraque propoſitio in eo ſenſu eſt vera.

1. Sententia approbãs probatur. *Richard.* *Mairon.* *Genebr.* *Alenſ.* *Heruæus.* Locus *S. Thom.*

Eam tenet Richard. lib. 6. de Trinit. cap. 22. & Mairon. in ſcholijs ſuper Anſelmum, & Genebrar. 4. de Trinit. & pro iſta opinione Alex. Alenſ. 1. p. q. 92. & Heruæus de relatis, q. vltima, afferunt plurima argumenta. Et S. Thom. opuſc. 9. q. 21. affirmat Deitatem generare, vt quo; & hic loquendi modus concordat cum illo altero, quòd Deitas in Patre generet.

12. 2. Sent. eam improbans. Probatur. In creatis natura in hypoſtaſi agit, cum ſit reale principium operationis diſtinctum à re producta. In diuinis non ita.

Nihilominùs correcto loquendi modo, non eſt dicendum Deitatem in Patre generare. Nam in rebus creatis natura in hypoſtaſi agit, & operatur; quia etſi non ſit id quod operatur, eſt tamen reale principium operationis diſtinctũ à re producta; & idcircò ab ipſa natura emanat res producta reali emanatione: eſſentia autem diuina non eſt res diſtincta à procedente, neque reale principiũ à quo emanet perſona procedens reali proceſsione, quæ eſt inter res diſtinctas: ſicut ergo in re ipſa negamus, quòd eſſentia diuina per ſe, vel per accidens generet, aut generetur; ita & quoad modum loquendi negandum eſt, quòd eſſentia in Patre generet, & in Filio generetur.

Confirm. Hoc complexũ, Deitas in Patre, ſignificat in recto Deitatem, & pro illa ſupponitur.

Et confirmatur, quia hoc nomen complexum, Deitas in Patre, ſignificat in recto ipſam Deitatem, & pro illa ſupponitur; erga etſi in obliquo, ſcilicet in Patre perſona generans explicetur, prędicatum tamen, non pro Patre ſupponitur, ſed pro Deitate, quæ non generat.

Hæc eſt ſententia *S. Thomæ.*

Et hæc eſt ſententia S. Thom. 1. p. q. 39. ar. 5. ad 2. per quam antiqua propoſitio,

in

Locus prop. ſent. retractatus. Tolerabilior eſſe oſtẽditur.

in opuſc. 9. commemorato retractatur; quæ tamen propoſitio magis toleranda eſt, dum enim dicitur Deitas generare vt quo, explicatur, non eſſe principium quod generat, ſed eſſe formam, ſiue potentiam, qua Pater generat.

13. Documenta à nominum ſupposit. deducta ex S. Thom.

13\. Reliquum eſt, vt aliqua documenta à nominum diuinorum ſuppoſitione deducamus, quæ tradit S. Thomas per articulos tres.

14\. 1. Docum. pro cap. 18. Idem. Subſtantiua afferũt ſecum ſuppoſitũ nominis; adiectiua non ſic, ſed apponũtur ſubſtantiuis. Ratio. Verba omnia adiectiua ſunt.

14\. Primum ſit circa quæſtionem cap. 18. tractatam. Obſeruat S. Tho. q. 39. ar. 5. nomina adiectiua differre à ſubſtãtiuis, quoniam hæc, ſcilicèt ſubſtantiua, afferunt ſecum ſuppoſitum nominis, vt diximus; illa verò, ſcilicèt adiectiua, non afferunt, ſed apponuntur ſubſtantiuis; quia forma ſignificata per nomen adiectiuũ copulatur ſuppoſito nominis ſubſtantiui; verba autem omnia adiectiua ſunt. Quapropter cum dicimus Deitas generat, generatio ſignificata per verbum adiectiuum coniungitur ſuppoſito nominis ſubſtantiui, quod eſt ipſa Deitas: ſuppoſitum enim nominis non eſt ſuppoſitum naturæ, ſed eſt res quæuis pro qua nomen ſupponitur; & ita in hac propoſitione non eſt appellatio formalis dialectica, eſt tamen quædam applicatio adiectiui, & ſubſtantiui. Participia autem, adiectiua etiam ſunt; quia ducũt à verbis eundem modum ſignificandi, & ita eſt hæretica propoſitio, Deitas eſt generans. Si tamen participium accipiatur ſubſtantiuè, quia non fit illa applicatio, eſt vera propoſitio in ſenſu identico, ſenſus enim eſt, quòd Deitas eſt res generans: ſed non eſt abſolutè concedenda, niſi priùs explicetur; tum, vt euitemus amphibologiam; tum quia contraria definita eſt in Concilijs, vt videbimus. Eadem propter vtraque iſtarum vera eſt, Deitas eſt res generans, Deitas eſt res non generans, vt S. Thom. obſeruat, & perſpicuè liquet. Nec S. Doctor dixit, has alias eſſe veras, Deitas eſt generans, Deitas eſt non generans; quarũ altera ſanè falſa eſt. Nam ſi participium accipiatur, vt adiectiuum, affirmans eſt falſa; ſi verò vt ſubſtantiuum, negans propoſitio de prædicato infinito, aut contradictorio falſa eſt, ſcilicèt Deus eſt non generans, vel Deus non eſt generans, vt poſteà dicemus. Cui rei conſequens eſt, vt cum participium in enunciatione ſubijcitur, rectè poſsit de eo

Suppoſitũ nominis eſt res pro qua nomẽ ſupponitur. In hac, Deitas generat, nõ eſt appellatio, &c. ſed applicatio adiectiui, & ſubſtantiui. Participia adiectiua ſunt. Sic falſa hæc, Deitas eſt generans. Secus ſi accipiatur ſubſtãt. Sic vera eadẽ in ſenſu idẽt. At nõ cõcedẽda ſine explic. 1. Ratio. 2. Ratio. Iuxta hæc iudicandum de quibuſdã poſit. vt c. 28. n. 10.

Cum participium eſt ſubiectũ propoſitionis, accipitur vt ſubſtantiuum.

A eſſentia, ſiue Deitas prædicari, quia iam accipitur, vt ſubſtantiuum, quando eſt ſubiectum propoſitionis; verbi gratia, generans eſt eſſentia. Neque valet conuerſio dialectica, Generans eſt eſſentia, ergo eſſentia eſt generans propter fallaciam accidentis. Mutatur enim nomen ſubſtantiuum in adiectiuum. Et ita mutatur eiuſdem nominis ſuppoſitio. Quoniam in ſubiecto ſupponitur nomẽ, generans pro re generante, ſcilicèt pro Patre; & in prædicato nomen adiectiuum, generans, ſupponitur pro ſubiecto B propoſitionis, ſcilicèt pro Deitate: cui doctrinæ ſimilia tradit S. Thom. 3. p. q. 16. ar. 7. ad 4. & ar. 9. ad 3.

Tunc non valet conuerſio dialect. ob fallaciam accidentis. S. Thom.

15\. Pro cap 23. 2. Docum. Abſtracta diui na prædicãtur de abſtractis & concreta de concretis directè, & indirectè ob identitatem realem.

15\. Secundum documentum eſt, quòd nominum diuinorum poſſunt quidẽ prædicari abſtracta de abſtractis, & concreta de cõcretis directè, & indirectè propter identitatem realem. Itaque Deitas eſt generatio; & ſapientia eſt iuſtitia; & generans eſt Deus, & Deus eſt generãs; & Pater eſt Deus, & Deus eſt Pater.

16\. 3 Docum. Subſtãtiua diuina poſſũt de quouis alio nõmine prædicari. Oſtenditur ex 1. docum. Illatum: Hæc eſt ſimpliciter concedẽda, Eſſentia eſt genitor.

16\. Tertiũ documentum eſt, quòd nomina diuina ſubſtantiua, poſſunt de quouis alio nomine prædicari: quia prædicatũ eſt quaſi forma ſubiecti, quod cum illo C coniungitur; nomen autem ſubſtantiuũ affert ſecum ſuppoſitum nominis, & facit ſenſum identicum. Quare iſta ſimpliciter eſt concedenda, Eſſentia eſt genitor, quia licèt nomen, genitor, ſignificet generationem, eſt tamen nomen ſubſtantiuum quod affert ſecum ſuppoſitum nominis, ſcilicèt rem, quæ eſt genitor. Et ita eſt abſolutè concedenda propoſitio, Eſſentia eſt genitor.

17\. Vlt. docum. Prædicatio adiectiui de abſtracto eſt formalis. S. Thom.

17\. Vltimum documentũ eſt, quòd cum adiectiuum de abſtracto prædicatur, prædicatio non eſt identica, ſed formalis, & ſenſus eſt ponderandus. Quod idem docet S. Thom. 3. p. q. 16. ar. 7. ad 4. & art. D 9. ad 3. Ex quo documento communi, illud primum conſequitur, quòd Deitas non generet, non quia nomen generantis afferat appellationem, vt Dominicus de Soto vult. Sed quia prædicatur concretum de abſtracto, non identica prædicatione, ſed formali. Et illa conuerſio, Generans eſt eſſentia; ergo eſſentia eſt generans, eſt etiam ab identica ad formalem: quæ eſt inualida conſequentia.

1. Confect. Deitas nõ generat. Ratio, vt n. 10 Cõuerſio, vt n. 14. eſt ab idẽtica ad formalem.

18\. 2. Confect. Paternitas nõ generat, aut creat.

18\. Ex eodem documento perſpicitur, iſta enunciata eſſe falſa, Paternitas generat, Paternitas creat, vt docet Sãctus

S. Thom. Ratio.

Thomas 1.p.q.32.art.2.ad 2.& in 1.d. 32.q.1.ar.4. Quamuis enim Paternitas re ipſa ſit perſona ſubſiſtens, generans, & creans; tamē non ſignificatur vt ſubſiſtens, ſed vt forma ſubſiſtentis. Igitur noſtro modo intelligēdi falſum eſt, perſonam Patris conſtitui per Patrem; ſed per paternitatem conſtitui affirmamus, quamuis Pater, & paternitas re ipſa ſint idem. Et eodem etiam modo negamus Deum intelligere per voluntatem, ſed per intellectum aimus, cum tamen intellectus, & voluntas ſint idem. Ita quoque negamus paternitatem generare, aut creare, ſed Patrem generare, aut creare dicimus, etſi Pater & paternitas eadem res ſit. Conueniunt tamen paternitati, quæ imperfectionē remouent, vt quòd ſit æterna, & infinita, & vna, vt ibidem docet S. Thom.

1. Simile. 2. Simile. Tamen Paternitas eſt æterna, infinita, vna, &c.

19. Aduert. Vt Deitas ſubſiſtit, ita Paternitas. At illa intelligitur vt ſubſiſtens, hæc non ita. Quare illa dicitur creare, gubernare, ſapiēs eſſe, hæc non ita.

Quo loco aduertēdum eſt, quòd ſicut Deitas ſubſiſtit, ita & paternitas ſubſiſtit; ſed nos Deitatem intelligimus, vt naturam ſubſiſtentem: Paternitatem verò non intelligimus, vt ſubſiſtentem, ſed vt proprietatem ſubſiſtentis. Nam & hoc attinet ad excellentiam naturæ. Quapropter dicimus quidem Deitatē creare, gubernare, eſſe ſapientiſsimam, & optimam: hæc autem de paternitate non dicimus; quia non intelligimus illam vt ſubſiſtentem, ſed vt proprietatem perſonæ ſubſiſtentis: Deitas enim eſt nomē naturæ; Paternitas, nomē proprietatis. Illa verò de paternitate prædicamus, quæ poſſunt proprietatem perſonalem commendare, vt quòd ſit æterna; immenſa, incomprehenſibilis; non verò quòd ſit ſapiens, aut nos gubernet.

20. In hoc docum. diſcernendum Vtrùm prædicatio ſit formalis, an idētica?

In hoc igitur documento animus eſt aduertendus, vtrùm prædicatum in prędicatione formali, an identica, conueniat ſubiecto. Illud enim concedendum eſt, quod quadret, illud negandum, quod diſſentiat: ſiquidem formalis prædicatio eſt cum adiectiuum de ſubſtantiuo, ſiue de abſtracto prædicatur. Hoc etiam loco quæritur, vtrùm concedēda ſit iſta enūciatio, eſſentia eſt Pater Filij; de qua re varias ſententias recenſet Scotus d. 5.q.1. Sed quia ambigua eſt, videtur diuidendus ſenſus, ſi enim ſit identica prędicatio, ea eſt vera propoſitio, ſcilicèt eſſentia eſt perſona quædam, ſiue res quædam, quæ eſt Pater Filij. Si verò ſit ſenſus formalis, eſt hæretica propoſitio, ſignificat enim eſſentiam habere Filium & referri relatione Filij. Eſſentia enim ſicut non generat, ita neque refertur relatione Patris; & eodem ſenſu non eſt Pater Filij.

Dub. de hac, Eſſentia eſt Pater Filij. Scot. Reſolutio. Si ea ſit identica prædicatio, eſt vera. Si formalis, eſt hæretica.

*Confirmatio.*

21. Patrum loca aduerſantia, explicantur pro titulo.

HOc capite Patrum ſententiæ enarrandæ ſunt, quibus aiunt Deitatē generare, aut alia ſimilia, vt ipſa interpretatio earum enunciationum, nonnihil faciat ad veritatem confirmandam. S. Auguſt. 7. de Trinit. cap. 1. & 2. ſic ait, *Pater, & Filius ſunt vna ſapientia, quia vna eſſentia; & ſigillatim ſapientia de ſapiētia, ſicut eſſentia de eſſentia.* Vbi cum præmittat ſapiētiam eſſe vnā, & eſſentiam vnam; ſubijcit, eſſe ſapientiam de ſapientia, & eſſentiam de eſſentia, quaſi illa ſapientia vna, & eſſentia vna ſit generans, & genita. S. Thom. 1. p.q.41.art.5.ad 2. obſeruat præpoſitionem, de, indicare principium in his propoſitionibus: & docet idem S. Bonau. d. 5.q.1.& Alex. Alēſ.1.p.q.42.in 3.art.1. Explicat autē eum locū S. Doctor q.39. ar.5.ad 1. hoc modo, *Sapiētia eſt de ſapientia*, hoc eſt, Filius, qui eſt ſapiētia procedit, ſiue eſt de Patre, qui eſt ſapientia: minus autem propriè dici eſſentiam de eſſentia, quia eſſentia non ſignificat rationem principij, ſicut ſignificat ſapientia, aut natura, quæ ſunt operationis principia. Et ipſe S. Auguſt. ſuis verbis hunc ſenſum indicat, vt nomina abſtracta pro perſonis accipiamus. *Sigillatim* (inquit) *ſapientiam de ſapientia, & eſſentiam de eſſentia*; aduerbium enim, ſiue ſincathegorema illud, ſigillatim, indicat de perſonis ſingulis eſſe ſermonē: & non eſt ſenſus, quòd vna, & eadem ſapientia procedat de ſapientia, ſcilicèt de ſe ipſa, quod intelligi nullo modo poteſt: idcircò enim cum dixiſſet Patrem & Filium eſſe ſapientiam vnam, adiecit ſapientiam ſigillatim eſſe de ſapientia, hoc eſt, vnam perſonam de alia, quæ vtraque perſona eſt ſapientia vna. Aliter etiam poſſemus hunc ſenſum deflectere, vt propoſitio, de, inſinuet principium formale quo: & ita ſapientia, nempè Filius, eſt de ſapientia, hoc eſt, de eſſentia diuina; eſt enim Filius ipſa ſapientia, de qua procedit, quia eſt eſſentia ipſa de qua gignitur. Admonet autē S. Thom.

1. Locus. *S. Aug.* Patrem, & Filium eſſe ſapientiam de ſapientia, ſicut eſſentia de eſſentia.

1. Cōmētarius *S. Thomæ.* Præpoſitio, de, indicat principium, vt lib. 1. c. 62 p. 1. n. 5. *S. Bonau. Alenſ.*

Huius cōmēt. 1. ſenſus ex S. Doctore, vt nomina abſtracta pro perſonis accipiātur. Minus propriè id de eſſentia dicitur.

Hic ſenſus indicatur à *S. Auguſt.*

2. Senſus, vt propoſitio, de, inſinuet principium formale, quo, vt lib. 2. cap. 61.

*S. Thom.*

non

non hunc ſolo cum non imitandū, ſed explicandum.

non eſſe nobis hæc proloquia vſurpanda, ſed potiùs interpretanda. Hic igitur eſto primus commentarius ſimilium dictorum, quæ apud Patres frequentia ſunt. A

22. 1. Cōmētarius. Nomina abſtracta ſignificant formas, quaſi ſeparatas à materia, atq; adeo infinitas.

Alius commentarius non alienus eſt ab ipſa forma loquendi à Patribus vſitata. Aduertendum quippè eſt nomina abſtracta excellentiam quandam infinitā innuere, quia ſignificant formas quaſi ſeparatas à materia; quæ autem ſeparata ſunt infinita ſunt, & idcircò qui Deum dixerit ſapientiam, dicit infinitè ſapientem. Quamobrem Patres, vt dignitatem perſonarum diuinarum cōmēdarent, paſſim & vbique nominibus abſtractis vtebantur. Imò Filium, aiunt eſſe virtutem, ſapientiam, vitam Patris, & Spiritum Sanctum ſimiliter. Quâ loquēdi forma videtur dicere S. Auguſt. Filiū eſſe ſapientiam de ſapientia, & eſſentiā de eſſentia, ſcilicèt, quia ipſe Filius eſt eſſentia, & eſt ſapientia, ſicut & Pater. Cum enim dixiſſet eos eſſe vnam ſapientiam, & vnam eſſentiam, ſubijcit, *Et ſigillatim ſapientiam de ſapientia.* Itaq; gratiâ perfectionis, & excellentiæ, nominat fortè S. Auguſt. perſonas nominibus abſtractis, ita vt ſit ſapientia vna eſſentialis: & ſigillatim ſapientia generans, & ſapientia genita, quæ ſunt perſonæ duæ. Hæc autem loquutio etiam impropria eſt, iuxta dialectica præſcripta; quia cum nomen, ſapientia, non ſit concretum, ſed abſtractum, non ſupponitur pro Patre ſeueritate dialectica cōſeruata, etiamſi gratiâ excellentiæ, ornatu quodam orationis, poſſit nomen abſtractum pro perſona vſurpari. Et hæc phraſis Patribus familiaris eſt, quorum ſententiæ ſunt Theologis explanandæ. Quam interpretationem poſſumus petere non obſcurè à verbis S. Athanaſij lib. 1. contra Arium, *Dedit,* inquit, *Filio Pater omnipotens omnipotentiam, maieſtatem maieſtati, virtutem dedit virtuti, prudentiam dedit prudenti, &c.* Neque enim poteſt intelligi, quòd maieſtati detur maieſtas; ſed ei, qui eſt ipſa maieſtas, datur ea, quā habet maieſtas: quarè etiam ait dari virtutem virtuti, & prudentiam prudenti, aut prudentiam prudētię, iuxta illud S. Auguſtini, *Eo eſt Pater ſapiens, quia eſt ipſa ſapientia,* vt libr. 1. notauimus. Et obſeruandum eſt ſæpiùs nomina abſtracta pro concretis

Ideò excellentię cauſâ illa nomina pro perſonis vſurpant Patres.

*S. Auguſt.* loco cit.

Hoc indicatur verbis eiuſdē loc, vt n. 21.

Pro hoc cōm. S. Athan.

S. Aug. lib. 1. cap. 14. n. 8. & cap. ... n. 17.

...piùs abſtra... pro concre...

vſurpari, vt nomen lucis, & alia; vnde propriè dicitur lux de luce, ſicut Deus de Deo.

tis vſurpātur.

23. 2. Locus difficilior *S. Hilarij* dicentis Filiū eſſentiam natam, & cōnaſci in genito.

Durius eſt, & difficilius id quod ait S. Hilar. lib. 4. de Trinit. *Nihil niſi natum habet Filius,* quaſi habeat eſſentiam natam: quod clariùs dixit lib. 5. *Quia,* inquit, *nemo ambigat eſſentiam Auctoris in Filij natiuitate connaſci.* Et S. Anſelmus Monol. cap. 43. *Non,* inquit, *minus perfecta eſt eſſentia, vel ſapientia Filius, quia eſt eſſentia nata de Patris eſſentia.*

*S. Anſelm.* dicit Filium eſſentiam genitam.

24. *Idem* ſic impropriè. Rectè vocat *S. Auguſtin.* Filium ſapientiam genitam. Ratio diſcriminis.

B Et quidem S. Anſelm. Filium quem S. Auguſtin. dicit ſapientiam genitam, nuncupat minùs propriè, eſſentiam genitam. Sed aduertendum eſt, quòd ſapientia ſignificat operationem, & principium operationis; & ſignificat ipſum terminum operationis, cum additur ſapientia genita; id enim quod gignitur in operatione eſt terminus, ſcilicèt diuinū Verbum. Quare Filius rectè dicitur ſapientia genita; ſed minùs propriè dicitur eſſentia genita, quia adiectiuum cōiungitur cum ſuppoſito nominis, & idcircò eſſentia genita, ſi propriè loquendum ſit, nōn eſt Filius genitus, qui eſt eſſentia; ſed eſt ipſa genita eſſentia; quod in Deo impium eſt aſſerere. C At fortè S. Anſelm. ita intellexit S. Auguſtinum cū ait, Filium eſſe eſſentiam de eſſentia, vt diceret Filium eſſentiam genitam; quod tamen S. Auguſt. non dixit. Explicemus ergo S. Anſelmum, quòd dixerit eſſentiam genitam, hoc eſt, Filium genitum, qui eſt eſſentia.

Adiectiuum coniungitur cum ſuppoſito nominis.

*S. Anſelmi* intellectus ad *S. Auguſtin.* ei non conſonus.

*S. Anſelm.* explicatur ex 1. commēt. in 1 ſenſu.

25. *Ad S. Hilar.* 3. Comment. vt cap. 25. n. 7. Per generationem accipi, minùs ppriè dicitur conaſci.

Sanctus verò Hilarius minùs quoque proprio philoſophandi modo, dixit naturam connaſci in genito, nam in rebus creatis, dum hypoſtaſis generatur, ſimul gignitur in hypoſtaſi natura, quia natura habet cauſam. In Deo verò non gignitur, ſed accipitur natura per generationem, vt diximus lib. 2. D Et hoc quoque per generationem accipi, dixit S. Hilarius minùs propriè connaſci, quia Patres rem agentes cum Arianis, maximè nitebantur veriſsimam natiuitatem exprimere.

26. 3. Locus *S. Auguſt.* Chriſtum eſſe Filium ſubſtātiæ Patris. Explicatur ex 1. Comēt.

Eſt quoque illud explicandum, quod ait S. Auguſt. 15. de Trinit. cap. 19. Chriſtum eſſe Filium ſubſtantiæ Patris, quia in his verbis Auguſtini, caſus gignendi nōn ſignificat relationem, quaſi ſubſtantia Patris ſit Pater Filij, ſed ſignificat principium originis. Illud verò quod ait lib.

4. Locus eiuſdem aſperior, Dei ſubſtantiam de ſe ipſa gignere Filium. Explicatur ex 1. Coment. in 1. ſenſu. Ad eund. locum 4. comment. Subſtantia, id eſt, hypoſtaſis. 5. Coment. Subſtantia cõcretum.

lib. 12. cõtra Maxim. cap. 14. admodum aſperum eſt, *Carnalibus* (inquit) *cogitationibus pleni, Dei ſubſtantiam de ſe ipſa gignere Filium non putatis.* Quę verba rectè interpretatur Magiſt. in 1. d. 6. quòd ſubſtantia accipiatur pro Patre qui eſt ſubſtantia: vel fortè pro hypoſtaſi; nam & hypoſtaſis ſignificatur nomine ſubſtantiæ; quod videtur literæ conformari, dum dicitur, Dei ſubſtantiam, hoc eſt Dei hypoſtaſim: vel etiam accipitur ſubſtantia non vt nomẽ abſtractum, ſed concretum; nam & hoc nomẽ apud nos, vt concretum inuenitur; & ita nomine concreto ſubſtantia generat, ſicut Deus generat. Confirmatur iſtiuſmodi commentarius ex eodem lib. S. Auguſt. vbi inſinuat eo ſe modo dicere, quòd ſubſtantia gignat, ſicut dicimus Deum gignere.

5. Locus Gennadii explicatur ex 2. & 3. coment.

Gennad. Conſtant. in expoſit. Concil. Florent. ſect. 6. dicit Filium principium eſſentię Spiritus Sancti; impropriè quidem, & explicandum quòd ſit principium, de quo Spiritus Sanctus eſſentiã accipit.

*Petr. Ioan.* refert 300. teſtimonia pro hac, Deitas generat.

Petrus Ioan. ex ordine Minorũ refert 300. teſtimonia Patrum, quibus hoc videntur aſſerere, quòd Deitas generat. Quamobrem meritò ponderandum eſt, quantum valeat etiam in rebus fidei Theologica diſputatio, qua effectũ eſt, vt Eccleſia decerneret propter proprietatẽ locutionis, negandum eſſe Deitatem generare; & Patrum teſtimonia commodè explicanda, vbicunque affirmant Deitatem generare; ſcilicèt obſeruata norma loquendi propria, & philoſophica.

Oppoſita diſputatio Theologica effecit, vt Eccleſia definiret oppoſitum.

27.

Cum igitur Patres in hac diſputatione, ſæpiùs licentia quadam loquendi vſi ſint, quia res non dirigebatur ad regulas dialecticas; conſtat certè Eccleſiam conſtituiſſe veritatem, iuxta ipſas regulas dialecticas à Philoſophis, & Doctoribus obſeruatas. Definitur autem Magiſtri ſententia contra Ioachimum in Concilio Lateran. cap. *Damnamus. Illa res* (inquit) (ſcilicèt eſſentia) *non eſt generans; atque genita; neque procedens; ſed eſt Pater, qui generat, & Filius qui gignitur, & Spiritus Sanctus qui procedit, vt diſtinctiones ſint in perſonis, & vnitas in natura.* Quibus in verbis ſapientiſſimè deſignatur & aqua cauſa veritatis aſſertę; tum quia de re ipſa diſputando, ſi eſſentia generaſſet, non eſt vnitas in natura, ſed diſtinguitur natura genera-

Iuxta reg. dialecticas definijt Magiſtri ſẽtentiam.

*Conc. Later.*

norans à perſona genita: tum quia noſtro modo intelligendi negatur quòd eſſentia generet, & conceditur quod eſſentia ſit Pater, qui generat; quia illa prædicatio eſt formalis, iſta verò identica. In Concilio etiam Tolet. 11. quod à Leone confirmatum eſt, idem definitur his verbis, *Si quis dixerit, vel crediderit Deitatem naſcibilem eſſe, anathema ſit.*

Item 2. aſſertionis, vt n. 7. & 10.

*Conc. Tol.*

## CAPVT XXV.

### *Argumenta refelluntur.*

1. 1. Arg. *Prouerb. 8.*

Contra decretam ſententiam, quòd Deitas nõ generat, arguitur ex verbis Prouerb. 8. vbi nomine ſapientiæ dicitur, *Nondum erant abyſſi; & ego iam concepta eram;* ſed ſapientia eſt nomen abſtractum, quod ſupponitur pro eſſentia; ergo eſſentia eſt concepta, & genita. Et confirmatur verbis S. Auguſtini 4. de Trinit. cap. 20. *Pater* (inquit) *eſt principium totius Deitatis.* Et S. Dionyſ. cap. 2. de diuinis nominibus, vocat primum fontem totius diuinitatis, vndè S. Auguſt. idem videtur accepiſſe; & S. Athanaſ. in orat. de ſtatu Epiſcoporũ appellat principium, & cauſam totius diuinitatis, & Concil. Tolet. 11. in principio, & Tolet. 6. & Florent. in literis ſanctæ vnionis hoc idem vſurpat; ergo Deitas procedit à Patre, vt à principio.

Confirm. *S. Auguſt.* *S. Dionyſ.* *S. Athan.* *Conc. Tol.* *Conc. Flor.*

2. Ratio.

Et probatur ratione, quoniam in re genita, natura etiam generatur, quia per generationem producitur: ergo cum Filius ſubſiſtat in diuina natura; in ipſo Filio genito natura per generationẽ producitur. Et hoc eſt, quod ait S. Hilar. lib. 4. de Trinit. nihil non natum habet Filius. S. Baſilius quoque & S. Athanaſ. apud S. Thomam opuſc. 1. cap. 4. aiunt diuinam eſſentiam eſſe genitam in Filio. Et confirmatur, quia in Filio, natura ipſa, vel eſt genita, vel ingenita; ſed non poteſt dici ingenita, cum ſit per generationem accepta; ergo eſt genita.

*S. Hilar.* vt cap. 24. n. 3. *S. Baſil.* & *S. Athan. apud S. Tho.*

Confirm.

3. 2. Arg.

Secundò: Natura eſt principium reale generationis, & geniti, quamuis ab iſtis rebus non diſtinguatur re ipſa; ergo natura poteſt generare abſque reali diſtinctione à genito. & ita ait S. Ignatius epiſtola 6. ad Magnetianos, Filium eſſe eſſentiam genitam. Et S. Auguſt. 15. de Trinit. cap. 40. contra Eunomium ait,

*S. Ignat.* *S. Auguſt.*

Filium non eſse voluntatis, ſed eſſentiæ; quòd ſi eſt Filius eſsentiæ, eſsentia illum genuit.

4. 3. Arg.

Tertiò: Pater eſt eſsentia diuina; Pater generat; ergo eſsentia generat: qui eſt ſyllogiſmus expoſitorius à ſingularibus.

5. 4. Arg.

Quartò: Eſſentia ſupponitur pro Patre, ſiquidem prædicatur de Patre, cum dicimus Patrem eſſe eſſentiam; ergo eſt vera propoſitio, quòd eſſentia generet.

6. 5. Arg. *S. Thom.*

Quintò: Hæc eſt vera, Deitas eſt homo, vt ait S. Thom. 3. p. q. 16. ar. 5. quia Deitas ſupponitur pro Verbo diuino, quod eſt homo; ergo ſimiliter eſt vera iſta, Deitas generat, ſiquidèm Deitas B poteſt ſupponi pro perſona generante, ſicut in illa altera, Deitas ſupponitur pro Verbo diuino.

7. 6. Arg. *Ariſt.* Confirm.

Vltimò: A cõiuncta ad diuiſam licet arguere, vt ait Ariſtot. 2. periherm. ſed Deitas eſt res generans; ergo Deitas eſt generans. Et confirmatur, quia ſimplex conuerſio eſt bona conſequentia, & formalis in omni materia: licet igitur ſic arguere, Generans eſt Deitas; ergo Deitas eſt generans. Vide alia argumenta apud Heruæum de diuinis relat. q. vlt. & Alex. Alenſ. 1. p. q. 42. in 3. quæ tamē per iſtorum confutationem facilè refellentur.

Alia arg. vide apud *Heru.* *Alenſ.*

## *Aduertenda.*

8. 1. Aduert. ex lib. 2. c. 63. n. 8. & hic cap. 24. n. 5. & 11.

HOc loco repetendum breuiter eſt ex libr. 2. naturam etiam in rebus creatis non dici ſimpliciter genitam. Hypoſtaſis namque per ſe gignitur, natura autem non per ſe gignitur, ſed in hypoſtaſi. In Deo autem, neque natura per ſe gignitur, neque in hypoſtaſi; quia non producitur per generationem; eſt enim terminus communicatus, ſed non productus. Et idcircò nullo modo dicitur natura genita.

In Deo natura neque per ſe gignitur, neq; in hypoſtaſi.

9. 2. Aduert. Ingenitum negatiuè. Ingenitum priuatiuè.

Deindè obſeruandum eſt, quòd ingenitum dicitur negatiuè, & priuatiuè. Negatiuè, quicquid non eſt genitum, ingenitum eſt; priuatiuè dicitur illud ingenitum, quod cum poſsit eſſe genitum in genere ſuo, in indiuiduo non eſt genitũ, vt suprà diximus. Primo igitur modo natura diuina in Filio eſt ingenita, hoc eſt non genita. In ſecundo ſenſu poteſt quoque dici ingenita, quia cum in alijs omnibus rebus genitis, natura genita ſit, in Filio æterno, non eſt genita. In eo A tamen ſenſu improprio quidem, quo natura diuina apud Patres dicitur genita, hoc eſt, per generationem accepta, non poteſt dici in Filio ingenita.

Deitas in Filio eſt ingenita negatiuè. Itē priuatiuè. Non tamen ingenita in ſenſu improprio, hoc eſt, non accepta.

10. 3. Aduert. pro 4. Docum.

Denique aduertendum eſt, iſtã enunciationem, Deitas eſt homo, veram eſſe in ſenſu identico, quia Deitas eſt Verbum, quod eſt homo; & ita confirmatur noſtra concluſio. Nam ſi vtamur nominibus adiectiuis eſt prædicatio formalis, & non communicatur idioma; Deitas enim non moritur, non laborat, non eſt infirmitatibus ſubiecta. Nominibus verò ſubſtantiuis, Deitas eſt homo, Deitas eſt Chriſtus, & alia ſimilia enuncian- B tur, obſeruata proprietate dialectica. Nunquam tamen nomen, Deitas, ſupponitur pro Verbo.

Hæc prædicatio, Deitas eſt homo, vera eſt in ſenſu identico: Hæc eſt formalis, & falſa, Deitas moritur, laborat, & cęt.

## *Reſponſio.*

11. Ad 1. arg. Ad locum *Prouerb.* 8.

PRimum locum Prouerb. facilè exponimus de ſapientia genita, quę eſt Filius Dei; licèt enim ſapientia ſit nomen eſſentiale, & iſta ſignificatione ſupponatur pro eſſentia; quia tamen eſt nomen operationis, adiectione illa, quòd ſit ſapientia genita, ſumitur pro termino operationis, quod eſt Verbum Dei. Verba autem S. Auguſt. duobus modis C explanantur à S. Thoma ad 6. vel quòd ſumatur Deitas, vt nomen collectiuum, quatenùs indicat plures perſonas, & ita Pater eſt principium Deitatis, hoc eſt perſonarum, quæ in Deitate ſubſiſtunt. Quo loquendi modo dicimus Adamum fuiſſe principium humanæ naturæ; non quia humana natura ſit filia Adami, aut genita ab Adamo; ſed quia nullus in ea natura numeratur, cuius principium ille non fuerit, quem non genuerit, vt obſeruat. Genebr. ad Schegkium, fol. 83. Vel poteſt dici Pater principium totius Deitatis; eò quòd ſit principium, non producens Deitatem, ſed communicans D illam; producit enim perſonas, communicat autem naturam. Et hanc quidem ſententiam S. Auguſt. accepit à S. Dionyſio, quare poſteà vſurpata eſt à Concilio Florent. ait enim Patrem eſſe fontem, & principium totius Deitatis. Hæretici verò poſtea hæretico ſanè ſpiritu, & ſenſu, aiunt Deitatem eſſe fontē perſonarum Patris, & Filij, vt illam à perſonis diuidant, quòd nullo modo permittendum eſt; ſed benè Pater eſt fons Deitatis ad ſenſum expoſitum.

Sapientia eſt nomen operationis, vnde cũ addito illo, genita, ſumitur pro termino.

*Ad S. Aug. ex S. Thoma* 1. interpret. Pater eſt principium totius Deitatis, id eſt, perſonarum. Sic Adamus dicitur principium humanę naturæ.

*Genebr.*

2. Interpret. Pater eſt principium nõ producens Deitatem, ſed cõmunicans illam.

Idē locus explicatur lib. 2. c. 33. n. 12.

Hæreticæ explic. pro hæreſi refutatã lib. 1. cap. 43. p. 1.

Ad

12.
Ad rationem ex 1. aduert.
*Ad S. Hil.* ex 2. aduert. & cap. 24. n. 2.
Eodem modo *ad S. Baſil.* *S. Athan.*
Ad confirm. ex 2. aduert.

Ad primum iam diximus, naturam in Filio Dei, non eſſe genitam, quia non eſt per generationem producta. Hilar. verò vocat natum id quod eſt per generationem acceptũ, equidem minùs philoſophica elocutione; & eodem modo Baſil. & Athanaſ. interpretantur. *Ad* confirmationem iam etiam notauimus, quo modo poſsit dici natura ingenita in Filio, genita autem nullo modo dicitur.

13.
Ad 2. argum.
Principium formale in diuina gener. nõ diſtinguitur à re genita, vt lib. 2. c. 62. p. 2. n. 2.
Actiuum maximè.
*Ad S. Ignat vt ad S. Hil. n. 11.*
*Ad S. Aug.*

*Ad* ſecundum dicendum eſt, principiũ formale in diuina generatione nullo modo diſtingui à re genita, vt libr. 2. notauimus; ſed principium producens neceſſariò diſtinguitur à re producta. Cum autem dicitur Deitas, ſiue eſſentia generare, ſignificatur quòd ipſa producat Filiũ, quod eſt hæreticum. Quo modo verò Patres vocent eſſentiam genitam, iam explicatum eſt. *Auguſtin.* verò non ait Filium eſſe Filium eſſentiæ, ſed ait Filium eſſe eſſentiæ, quia de eſſentia gignitur, ita vt Filius ſit ſubiectum propoſitionis, & quòd ſit eſſentiæ ſit prædicatum.

14.
Ad 3. argum. ex 3. aduert. & ex cap. 32. n. 4. & 5.

*Ad* tertium reſpondetur argumentũ fieri ab identica ad formalem, affirmãdo; nam, Pater eſt eſſentia, eſt identica; Eſſentia generat, eſt formalis; & ſic conſequentia nulla eſt. Poſteà autem vberiùs dicemus de ſyllogiſmis expoſitorijs, & fallacijs, quæ in diuinis incidunt.

15.
Ad 4. argum.
1. Reſponſ. ex cap. 22. n. 5.
2. Reſponſ. *S. Thom.* ex cap. 24. n. 1.

*Ad* quartum iam antea admonuimus ad veritatem propoſitionis affirmantis non eſſe neceſſe vt termini ſupponantur pro eodem. Nam in ſenſu identico non ſupponuntur pro eodem, & illa eſt identica prædicatio, Pater eſt eſſentia, neque eſſentia ſupponitur pro Patre. Reſpondet etiam S. Thom. ſolut. ad 5. nomina ſubſtãtiua dici de eſſentia, quia afferunt ſecum ſuppoſitum, hoc eſt, ſupponuntur pro aliquo, de quo ſit prædicatio, vt Pater eſt eſſentia; adiectiua verò alijs applicantur, & faciunt appellationem logicam: vt cum dicimus, Eſſentia eſt generans, eſt appellatio: & ita cõcedit, quòd eſſentia eſt res generans, & eſt res non generãs, quia res eſt nomen ſubſtantiuum, quod rectè prædicatur de eſſentia.

16.
Ad 5. argum. ex 3. aduert.

*Ad* quintum ſimiliter reſpondetur, quòd in illa enunciatione, Deitas eſt homo, Deitas non ſupponitur pro diuino Verbo, ſed ſolùm in ſenſu identico vera eſt. Eſt autem ſenſus identicus, quia prædicatum eſt ſubſtantiuum, non adiectiuum.

17.
Ad vltim. arg.
Conſequentia à coniũcti ad diuiſam bona eſt quando vtraq; pars prædicati cõiũcti per ſe ſeorſum conuenit ſubiecto.
Ad cõfirm. cũ *Richard.* ex cap. 24. n. 11.

*Ad* vltimum reſpondetur, conſequẽtiam à coniuncta ad diuiſam eſſe bonã, quando vtraque pars prędicati coniuncti, per ſe ſeorſum conuenit ſubiecto; nõ verò quando vnum conuenit ratione alterius. Quare non ſequitur, Eſt magnus muſicus; ergo eſt magnus; ſequitur tamen, ergo eſt muſicus; quia magnitudo ibi prædicatur ratione muſici; muſicum verò non ratione magni, ſed per ſe. Similiter cum arguitur ſic, Eſſentia eſt res generãs; ergo eſt res, benè ſequitur; ſed non ſequitur, ergo eſt generãs; quia generans adiectiuè non dicitur de eſſentia, niſi cum adiuncto illo, res generans. Ad confirmationem reſpondetur cum Richard. d. 5. q. 1. ad 4. quòd variatur nominis participij acceptio. Nam in antecedente ponitur ſubſtantiuè, quia eſt ſubiectum cum dicimus, Generans eſt eſſentia, in conſequente verò adiectiuè quia eſt prædicatum, cum dicimus, Ergo eſſentia eſt generans. Quare ſubſtantiuè eſt bona conſequentia, Ergo eſſentia eſt generans; nam ſubſtantiuè generans eſt idem, quod res generans, vt diximus.

## CAPVT XXVI.

### *Contradicentes ſunt, Deus generat, Deus non generat.*

DIſputatio iſta duobus modis poteſt agitari. Primò, vt nomen Deus ſupponatur pro perſona. Secundò, vt nomen Deus ſupponatur pro natura in cõcreto. Et ad vnum, & ad alterum tractandum dubium, caput diuidimus in partes duas iuxta duos ſẽſus quęſtionis.

Prima pars: *Accepto nomine Deus pro perſona ſunt contradicentes, Deus generat, Deus non generat.*

Secunda pars: *Accepto nomine Deus pro natura diuina ſunt contradicentes, Deus generat, Deus non generat.*

## PARS PRIMA.

### *Accepto nomine Deus pro perſona, ſunt contradicentes, Deus generat, Deus non generat.*

1.
In affirm. Deus ſupponitur pro Patre.

QVòd nomẽ Deus, ſupponatur pro Patre, in affirmatione, Deus generat,

De neg. dubiũ Sent, tit. oppoſita.

A rat, cõſentiũt Doctores. At verò in negatione, quidã aiunt nomen, Deus, ſupponi pro natura diuina, quidã verò ſupponi pro Filio; & vtroq; modo, negans eſt vera, quia neq; Deitas generat, neq; Filius generat. Quapropter, hæ nõ erunt cõtradicẽtes, Deus generat, Deus nõ generat, ſiquidẽ ambæ ſunt verę; ſed ſi oppoſitas dicant, dicent ſubcõtrarias, quia vtraque eſt vera. Has partes tenet Durãd. in 1. d. 4, q. 2. & Aureol. apud Ioan. Capreol. d. eadem q. 1. Marſil. q. 8. art. 3. Gabr. q. 2. art. 2.

*Durand.* *Aureol.* apud *Capr.* *Marſil.* *Gabr.*

2.

*Dom. Sotus.* cũijſdẽ ait nomẽ, Deus, ſupponi pro natura in concreto, quia, inquit, prædicatũ non eſt notionale.

Ad verò, magis mirandum eſt, quòd Dominic. Sot. 5. Summularũ c. 2. lect. 4. doceat nomen, Deus, ſupponi pro natu- B ra in concreto in illa propoſitione negante; quia (inquit) prædicatũ illius nõ eſt notionale, cum dicimus, Deus non generat, quia prædicatũ eſt non generare, quod eſt cõmune Filio, & Spir. Sãcto & ipſi naturæ diuinæ; quare cum ijſdem auctoribus videtur conſentire. Nam & illi affirmant prędicatum negantis non eſſe notionale, & ſubiectũ ſupponi pro natura diuina, cũ dicimus Deus nõ generat. Conſequenter verò negant illas eſſe contradicentes cum ſint veræ. Sotus verò non negat eſſe cõtradicẽtes, neq; affirmat negantẽ eſſe verã: ſed ait prædi- C catum negantis non eſſe notionale, vt illi quoq; aiunt. Quod apertiſsimè improbat Barthol. Torr. ad 6. art. Hæ enim duæ enunciationes affirmans & negans ſũt oppoſitæ; quare neceſſe eſt cõſtent eodem ſubiecto, & prædicato; ergo ſicut in affirmatione prædicatum eſt notionale, ita & in negante. Prætereà negatio non eſt pars prædicati, ſed remouet prædicatum à ſubiecto; ergo idẽ eſt prædicatũ in affirmante, & negante. *A*dhùc probatur idẽ, quia affirmationi ſi præfigas negationẽ, efficis contradicẽtẽ, vt Ariſt. docet 1. Periherm. Cum ergo dicitur, non Deus generat, prædica- D tum negantis, abſque dubio eſt notionale, quia negatio non eſt pars illius. Idem verò eſt dicere, Deus non generat, & nõ Deus generat; quia nomẽ, Deꝰ, eſt æquè ſingulare in vtraque; vt ſi dicas, Petrus non currit, & nõ Petrus currit, quod poſtea magis declarabimus. Conſtat igitur vtriuſq; propoſitionis prædicatum eſſe idẽ non diuerſum, & eſſe notionale. Denique in his enunciationibus, homo eſt ſpecies, homo nõ eſt ſpecies, prædicatũ

Contra hæc 1. Aſſertum. Prædicatũ neg. eſt notionale.

Probatur 1. à *Torr.* propoſitiones illæ ſunt oppoſitæ.

Probatur 2.

Prob. 3. ex *Ariſtotel.*

Idem eſt dicere nõ Deus generat, & Deus non generat.

Probatur 4. exemplo hanũ, Homo eſt ſpecies, homo nõ eſt ſpecies.

A eſt idẽ, & intẽtionale etiã in negante, & eadẽ ſuppoſitio ſubiecti in vtraq; : ergo negatio in prædicato non variat genus ſuppoſitionis in ſubiecto; neque obſtat quin prædicatum ſit notionale, ſiue intẽtionale; eadem enim eſt ratio.

3.

2. Aſſertum.: Subiectũ neg. non ſupponitur pro natura cõtra *Sotũ.* *ex D. Thom.* Probatur.

Secũdo loco probatur contra Sotum quòd ſubiectũ negantis nõ ſupponatur pro natura, ſi cũ S. Thom. ſentiamus illas eſſe contradicentes, & negantem eſſe falsã. Nam vt rectè affirmant Durand. & Aureol. ſi ſubiectũ negantis ſupponitur pro natura, cũ natura diuina non generet, verũ erit dicere Deum nõ generare, hoc eſt, naturã diuinã non generare. B Quòd ſi dicas negantẽ non facere iſtum ſenſũ, ſed aliũ diuerſũ, ſcilicèt quòd naturæ diuinę repugnet generatio, quod videtur inſinuare S. Th. q. 39. art. 4. ad 3. Hic cõmentarius verborũ S. Th. non eſt germanus, neq; ad mentem doctoris Sãcti, vt dicemus. Et cõtra hoc iteramꝰ argumẽtũ: Nã ſi nomẽ, Deꝰ, ſupponitur pro natura in illa negatione, cũ dicimus Deũ nõ generare, negamus generationẽ de natura; & ita non eſt ſenſus, quòd naturę repugnet generatio, ſed quòd ipſa natura nõ generet. *A*liorũ reſpõſio eſt pro Soto, quòd ſubiectũ ſupponatur pro C natura diuina; ſed negãtẽ eſſe falsã, quia natura illa non diuiditur in perſonis, & ideo quod negatur de natura indiuiſiua negatur de perſonis omnibus, & negatio eſt falſa. Sed argumentũ reuoluimus ad illos: Nam quia natura eſt indiuiſa, erit vera negatio, quod Deus nõ generat; ſiquidẽ non ſignificat quòd perſona nõ generet, ſed quòd natura ipſa nõ generat, quod veriſsimũ eſt fidei aſſertum. Dicendũ igitur omninò eſt in iſta negatione, Deus nõ generat, ſubiectũ nõ ſupponi pro natura diuina, ſi hæc negatio æſtimãda eſt falſa, & alteri contradicẽs.

1. Reſponſ.

*S. Thom.* Refellitur.

2. Reſponſ.

Retorquetur, Quia natura eſt indiuiſa, erit vera negatio quòd Deus nõ generat, ſi ſupponitur pro ea.

4.

3. Aſſertum vt in titul.

At verò, quòd iſta negatio, Deus non D generat, ſit cõtradictoria alterius, Deus generat, cõtra Durand. & alios probabimus validiſsimis argumentis, ſi cum dialecticæ artis peritis diſputãdũ ſit declinantibus ab imperitorum ſophiſtarũ portentis & inſuetis enunciationibus. Ariſtotel. enim 2. Periherm. cap. vltim. planè docet de eodem poſſe eſſe negationem, de quo eſt affirmatio, vt obſeruat S. Doctor ad finem articuli. Quòd ſi iſtius affirmationis; Deus generat, quæramus contradicentẽ, nullam aliam in-

Probatur 1. *Ex Ariſtol.* de eodẽ poteſt eſſe negatio de quo eſt affirmatio. *S. Thom.*

ueniemus, niſi iſtã, Deus nõ generat: de eodẽ autẽ eſt affirmatio, & negatio: ſed affirmatio eſt de perſona, vt hi doctores confitẽtur; ergo & negatio de ipſa perſona eſt. Et cõfirmatur, quoniã de quocũq; nomine ſingulari affirmare, & negare eſt impoſsibile; ſed nomẽ, Deus, eſt quoad hoc ſingulare quòd nõ dicitur de pluribus alijs, ſed de vno, & eodẽ Deo; ergo ſi vnus & idem Deus generat, impoſsibile eſt, quòd nõ generet, aliàs vnus erit *De⁹* generãs, & alius Deus nõ generans. Qđ ſapiẽter S. Tho. in ar. põderat. Prętereà Deus generat, & nõ Deus generat, ſũt ſecundũ Ariſt. doctrinã, apertiſsimè contradicẽtes, nihil enim melius cõtradicas quàm vt præferas negationẽ toti affirmationi; ſed iſta negatio, nõ Deus generat, omnia habet ſimilia alteri, Deus nõ generat; ergo ſicut nõ Deus generat, eſt cõtradicẽs, ita & Deus nõ generat. Probatur minus aſſumptũ, quòd omnia in vtraq; ſimilia ſint, ſubiectũ enim & prędicatũ eſt idẽ, vt probatum eſt, & genus ſuppoſitionis idẽ eſſe probatur ex præſcriptis dialecticis: negatio enim prępoſita ſolũ mutat ſuppoſitionis cõditionẽ, vt efficiatur vniuerſalis: ſuppoſitio autẽ nominis iſtius, Deus, nõ poteſt effici vniuerſalis, quia nõ poteſt diſtribui, vt poſteà erit diligẽtiùs cõprobandũ; ergo eſt de eodẽ affirmatio, & negatio. Denique quãuis Pater nõ ſit factus homo, iſta tñ eſt hæretica, Deus non eſt factus homo; quia ſignificatur, quòd nulla perſona diuina ſit homo; ergo & iſta *Deus* nõ generat, contra fidẽ eſt. Quo argumento duo conficimus, & quod contradicẽtes ſint, & quod in negatione nomen, *Deus*, non ſupponatur pro natura, ſed pro perſona, ſicut in affirmante, cum nihil ſuppoſitionis mutetur in ſubiecto, neque vlla ſuppoſitionis conditio varietur.

Confirm. De quocunq; nomine ſingulari affirmare, & negare eſt impoſsibile.

*Idem.* Probatur 2.

In his nõ Deus generat. & Deus non generat, omnia ſũt ſimilia.

Oſtenditur hoc.

Negatio præpoſita ſolũ mutat ſuppoſitionis cõditionẽ, vt efficiatur vniuerſalis.

Probatur 3. Sicut hæc eſt contra fidem, Deus non eſt factus homo: ita & hæc, Deus nõ generat.

5\. Dub.

Sententia *Torres*, & interpretatio ad *S. Thom.*

In vtraque cõtradic. nomen, Deus, ſupponi pro Patre.

Reliquum eſt vt declaremus pro qua perſona diuina ſupponatur nomẽ, Deus, in his cõtradicentibus. Barthol. Torres exiſtimat in vtraq; ſupponi pro Patre, & ita interpretatur S. Tho. cũ ad 3. ait, negationẽ Deus nõ generat, indicare quòd generatio repugnet naturæ diuinę; quia (inquit Torres) ſi Pater nõ generat, nulla eſt in natura diuina generatio. Sed ea interpretatio dura eſt, & ipſa ſententia nõ placet. Ex eo enim, quòd nomẽ, Deus, eſt aliquo modo ſuppoſitione cõmune, aliquid amplius afferc illa negatio

Refutatur.

A ennnciãtibus, Deus nõ generat. Et probatur, quoniã ſi eſſent duo generãtes in natura diuina, quod attinet ad modũ ſignificãdi, hęc enũciatio, Deus generat, nõ ſignificaret eſſe plures generãtes, iſta autẽ, Deus nõ generat, indicaret nullũ eſſe generantem; ergo non negatur generatio de vna ſola perſona, ex propria nominum ſignificatione, vt vult Barthol. Torr. ſed negatur de omnihus perſonis.

6\. 1. Aduert. cap. 22. n. 8. *S. Thom.* *Alenſ.* *Caietan.*

Aduertendũ igitur eſt, quòd nomen, Deus, eſt ſuppoſitione cõmune ſimul & ſingulare, vt docet S. Tho. in 1. d. 4. q. 1. B ar. 2. ad 3. & 1. p. q. 39. art. 4. ad 1. Quare Alex. Alenſ. 1. p. q. 7. in 7. ar. 3. & Caiet. aiũt, nefas eſſe dicere omnis *Deus*, pro tribus perſonis; quia acciperetur, vt nomẽ cõmune pro pluribus Dijs, Nam dictio, Omnis, ſaltem tres indicat, teſte Ariſtot. Et Gregor. d. 4. 7. & 6. fruſtra ait addi notam diſtributionis, quia idem eſt dicere, Omnis Deus, ac ſi diceres, Omnis Socrates manẽte nomine ſingulari.

*Gregor.*

7\. 2. Aduert. Nomina ſupponũtur, & verificantur.

Secũdo loco notandũ, quòd vt dialectici aiũt, nomina ſupponũtur, & verificãtur: ſupponũtur quidẽ pro omni re, q̃ ſub nomine cõtẽta, iuxta regulas dialecticas intelligenti occurrit; verificantur autẽ pro ea re, in qua veritas ſignificata C inuenitur: v. g. dũ audio, Aliquis homo currit, nomẽ, homo, ſupponitur pro quouis homine diſiũctiuè; occurrit enim cogitãti, omnis homo, cũ dubio quidẽ, quis eorũ currat; & idcircò fit deſcẽſus ad hũc vel illũ, quia nomẽ ſupponitur pro omnibus diſiunctiuè: verificatur autẽ de eo homine, in quo curſus inuenitur. *At* verò nomen, Deus, eſt ſuppoſitione cõmune; quare cũ dicitur Deus generat, quia generatio cõuenit perſonæ nõ naturæ; virtute ſuppoſitionis dialecticæ ſupponitur nomẽ, Deus, pro omni perſona diuina diſiũctiuè, vt idẽ ſit dicere, Deus generat, ac ſi dicas, aliqua perſona diuina D generat: verificatur autẽ pro ſola perſona, quæ eſt Pater; quia neq; Filius, neque Sp. Sãctus generat. Quod cõfirmatur auctoritate S. Tho. 1. p. q. 39. art. 4. ad 1. & in 1. d. 4. q. 1. ar. 2. & *Alex.* Alẽſ. 1. p. q. 62 in 2. ar. 1. docẽt enim nomẽ, De⁹, ſupponi pro pſonis indiſtinctè, ſiue indeterminatè, quę eſt ſuppoſitio apud dialecticos diſiũctiua. Cũ ergo dicitur, De⁹ generat, etſi nomẽ, Deus, ad ſẽſum propoſitionis optatum, verificatur pro Patre, ſupponitur tamẽ indiſtinctè pro ſingulis pſonis diuinis:

Exemplum.

In affirma[...] ſupponitur [...] mẽ, Deus, [...] omni perſo[...] diuina, diſiũ[...]ctiuè: verifi[...]tur pro ſolo [...]tre

*S. Thom.* *Alenſ.*

Supponi p[...] perſonis in[...]ſtinctè eſt [...]poſitio diſ[...]ctiua, ſeu [...] diſiũctione[...] explicanda [...] p hac, vel i[...]

diuinis: & per diſiunctionem explicãda eſt ſuppoſitio, ſcilicèt quòd Pater generet, aut Filius generet, aut Spiritus Sanctus generet; non Filius, neque Spiritus Sãctus, ergo Pater eſt, qui generat: quod ſic oſtendere, dialectici vocant verificare. In negante autem, cum dicitur Deus non generat, ſupponitur nomen etiam pro perſonis, non diſiunctiuè, ſed copulatiuè, & ita manent contradicentes. Idem enim eſt dicere, Deus non generat, & nulla perſona diuina generat; & hoc inſinuat S. Doctor, dum ait iſtam enunciationem, Deus non generat, indicare, quòd generatio repugnet naturæ diuinæ, quia ſi nulla perſona generat, B repugnat generatio naturæ. Hæc autẽ, quæ afferunt ſenſum clariſsimum, ratione etiam confirmantur. Nam nomen, Deus, ita ſupponitur pro pluribus perſonis quaſi nomen commune, vt ſimul pro vno Deo ſupponatur vt ſingulare; quare cum prędicatum negatur de Deo, negatur de omnibus perſonis, quæ in illo ſingulari conueniunt: & idcircò cum dicimus, Deus non generat, ſignificamus nullam perſonam diuinam, quæ ſit Deus, generare. Et confirmatur, quoniã ſi prædicatum ſit nomen ſubſtantiuum, quod non coniungitur cum ſubiecto, vt C poſsit illud reſtringere, aut coarctare, adhùc ſunt contradicentes, Deus eſt Pater, Deus non eſt Pater; ergo contradictio non eſt petenda à reſtrictionibus dialecticis, ſed à virtuali ſuppoſitione nominis, Deus, quam modò explicauimus. *A*dde verò ſubiectum non reſtringi à prædicato, vt S. Thom. obſeruat in argumento 2. & 3. ergo cum dico, Deus non generat, ſubiectum non ſupponitur reſtrictè pro Patre, ſed pro omnibus perſonis, vi nominis ſingularis, qđ eſt Deus.

In negãte ſupponitur nomẽ Deus, pro perſonis copulatiuè ſc. pro hac & illa.

*S. Thom.* vt n. 5.

Ratio ex vi nominis ſingularis.

Confirm. 1. ſi prædicatum ſit nomen ſubſtantiuum.

Confirm. 2.

*Idem* 1. p. q. 39. ar. 4. ad 2. & 3.

8. Eiuſdẽ verba ponderantur.

Sed põderãda ſunt verba ipſa S. Tho. quibus ad argumentũ 3. reſpondet; vbi D cum diſcrimen poſuiſſet inter nomina alia communia, & nomẽ, Deus, quia illa non ſupponuntur pro natura communi, niſi eam ſuppoſitionem prædicatũ exigat, vt cum dicitur, homo eſt ſpecies; nomẽ verò, Deus, naturali ſua ſuppoſitione, ſupponitur pro natura cõmuni, quia illa eſt re ipſa communis niſi prædicatũ exigat, vt pro perſona nomẽ, Deus, ſupponatur, vt cum dicitur Deus generat.

Præmittit diſcrimen ſuppoſitionis inter nomina communia per rationem, & nomen, Deus.

9. Colligit 1. in affirmante ſuppoſitionem.

His traditis ſic colligit, *Vnde cũ dicitur, Deus generat, ratione actus notionalis, ſupponitur hoc nomẽ, Deus, pro perſona Patris: ſed cũ dicimus, Deus non generat; nihil additur, quod determinet hoc nomẽ ad perſonã Filij; vnde,* inquit, *datur intelligi, quòd generatio repugnat diuinæ naturæ.* Attẽdamus ſingula: neq; enim dixit S. Doctor in negante, nomẽ, Deus, accipi pro natura, licèt hoc videretur illaturus ex antecedẽtibus: ſed dixit nomen, Deus, non determinari ad perſonam Filij in negante. Dixitq; etiã illis verbis indicari, quòd generatio repugnet diuinæ naturæ.

Colligit 2. in neg. ſuppoſitionem.

Deinde ſenſũ.

10. In hæc cõmentarius.

Commentandum eſt igitur, quòd nomen, Deus, cum ſupponitur pro natura, nihil prohibet, quin ſupponatur ſimul pro perſonis; quare in affirmante Deus generat, nõ pro natura, ſed pro perſona ſupponitur; in negãte verò, quia nõ determinatur ſubiectũ à prædicato, ſupponitur nomen pro natura, ac perſonis ſimul, & ita ſignificatur, quòd generatio repugnet diuinæ naturæ, & ſimul etiam perſonis; ita vt non inueniatur in diuina natura generatio, ſicut cum dicitur, homo non eſt ſpecies, negatur prędicatum non ſolùm de natura, ſed de indiuiduis.

In affirm. nomẽ, Deus, ſupponitur pro perſona.

In neg. pro natura, ac perſonis ſimul.

Exemplum.

11. Quorundam Thomiſtarũ comentarius.

Nõnulli Thomiſtæ aiunt, in affirmãte nomen, Deus, ſupponi pro Patre; in negãte verò pro tribus perſonis: ſed neq; idverũ eſt, ſi res ad normã dialecticã dirigatur; nam in ſuppoſitione ſubiectũ, & prædicatũ ſupponũtur pro eodẽ. Dicẽdũ eſt enim in vtraque nomẽ, Deus, ſupponi pro perſonis; ſed in affirmãte diſiũctiuè, ſc. pro hac, vel illa perſona: in negãte autẽ copulatiuè pro hac, & illa perſona: quia quod prędicatur de Deo, non prædicatur de omnibus perſonis copulatiuè; quod autẽ negatur de Deo, negatur de omnibus, vt diximus, eò quòd nomẽ hoc aliqua ex parte imitatur ſingularia nomina.

Refutatur.

In vtraque nomẽ, Deus, ſupponitur pro perſonis, vt n. 7.

*Confirmatio.*

12. *S. Thom.* de neg. explicãdus, vt n. 10. *ex Torres.*

QVòd iſtę ſint cõtradicẽtes, Deus generat, Deus nõ generat, auctor eſt S. Thom. ad 3. cuius tñ verba explicãda ſunt. Nam, vt benè obſeruat Torres, nequaquã ait, nomẽ, Deus, in negãte ſupponi pro natura, ſed affirmat ñ ſupponi pro Filio, ſc. reſtrictè pro illo ſolo. Illud etiã aduertendũ, quod S. Tho. ait, in affirmãte, nomẽ, Deus, ſupponi pro Patre, intelligit ſupponi, & verificari, vt aiunt; neq; enim eo tẽpore nominũ ſuppoſitiones ita erant elucidatæ, vt conditiones ipſarum

De affirm. vt n. 7.

ſarum ſuppoſitionum diſcernerentur ab A illis. Nunc igitur dicimus nomen Deus in illa enunciatione Deus generat, etiã ſupponi pro Filio diſiunctiuè, ſed nõ verificari: ſi verò ſupponi & verificari coniungas, pro ſolo Patre ſupponitur, & verificatur nomen Deus in iſta Deus, generat, quia ſolus Pater generat.

13. S. Bonau. Alenſ. Albert. Richard. Durand. fatetur eſſe cõmunem ſent.

Cum S. Thoma conſentiunt S. Bonauent. in 1. d. 4. q. 1. ad 3. & Alex Alenſ. q. 50. memb. 3. art. 2. & Albert. Mag. d. 4. art. 6. Et Richard. q. 1. ad 2. & Durãd. confitetur eam eſſe communem Doctorum ſententiam, ne videantur negare diuinam generationem, ſi concedãt Deũ non generare; quamuis ille exiſtimet, põ B derata virtute ſignificationis, concedẽdam eſſe negantem, Deus non generat, quia Filius non generat.

## PARS SECVNDA.

### *Accepto nomine Deus pro natura diuina ſunt contradicẽtes, Deus generat, Deus non generat.*

1. Ex opin. de qua c. 18. n. 28. Caietan. 1. ſent. oppoſitam titulo deducit, & eã explicat.

SEcunda nobis altercatio eſt cũ Thoma Caietano, quia ratus inueniſſe ſe indiuiduum illud ſubſiſtens, quod vocat hunc Deum, arbitratur, eò quòd illud indiuiduum ſit commune Patri & Filio, & Spiritui Sancto, poſſe de eodem aliquid affirmari, & negari, vt quòd hic C Deus generet, & non generet, quia Pater generat, & Filius non generat; ſicut de homine affirmatur, quòd currat & nõ currat, quia Petrus currit, & Paulus nõ currit: & hoc intelligẽdi modo affirmat has non eſſe contradicentes, Deus generat, Deus non generat; ſicut neque iſtas homo currit, homo nõ currit. Caietano videtur aſſentiri Ioan. Scot. d. 7. q. 1. §. *Quia autem*; quippe docet, nomen Deus in affirmante ſupponi pro Deitate in concreto. At verò ſententiam iſtã Scoti ad finem cap. elucidabimus.

Exemplum.

Scotus de quo n. 6.

2. Hæc ſent. non eſt probabilis 1. Aduert. Eſt eiuſdem ſuppoſitionis nomẽ hic De⁹ & nomẽ Deus Ratio. Hic Deus adhuc eſt communis. Caiet. 2. Aduert.

Iſta ſententia Th. Caiet. nõ eſt proba D bilis; & primò ſtatuendũ eſt idẽ nos dicere, ſiue Deũ generare, ſiue hũc Deum generare dicamus. Nam Deus & hic Deus, licèt ſignificatione aliquantulum differant, quia nomen Deus nõ indicat ſingularitatẽ quã hic Deus ſignificat; tamen hic Deus adhùc eſt cõmunis tribus perſonis, vt etiã Caiet. vult; quapropter eſt eiuſdẽ ſuppoſitionis, nomen hic De⁹ & nomen Deus; ergo eodem modo cõtradicentes efficientur, ſiue dicas Deus generat, ſiue hic Deus generat. Iam

A verò quæ ſit ſententia S. Thom. non obſcurum eſt, cum doceat iſtas eſſe cõtradicẽtes, Deus generat, Deus nõ generat, & negantẽ eſſe falſã. Idẽ autẽ dicẽdũ eſt de iſtis, hic Deus generat, hic De⁹ nõ generat. Sed veniamus ad rẽ, ſi ſtandũ ſit Caiet. ſent. vt nomen hic Deus, ſiue Deus ſupponatur pro natura, affirmatio erit falſa, ſiue heretica, hic Deus generat; ſicut & iſta eſt hæretica, natura generat. Et confirmatur auctoritate S. Th. qui ait iſtã, deitas generat eſſe falſam quia prædicatũ adiectiuũ cõiungitur cũ ſuppoſito nominis, ſc. cum re, pro qua nomen Deitas ſupponitur, quod eſt ipſa B natura. Sed Caiet. vult ſubiectũ iſtius, Hic Deus generat, nõ ſupponi pro perſona, ſed pro illo indiuiduo, quod eſt natura; ergo in eo ſenſu hæreticum eſt dicere, quòd hic Deus generet; non enim ideo negatur à Catholicis deitatẽ generare, quia deitas in abſtracto nõ generat; ſed quia natura ipſa nõ generat, ſed perſona; & quia nomẽ deitas non ſumitur virtute ſignificandi pro perſona, negamus deitatẽ generare. Hæreticũ igitur eſt dicere, quòd hic Deus generat, ita vt nomen Deus non accipiatur pro perſona, ſed pro natura, ſiue in cõcreto, ſiue C in abſtracto. Et cõfirmatur quoniã natura in concreto, vel hic Deus, eſſet res vna genita, & generãs, quod Cõc. Lat. cõdẽnat. Quare hæc opinio Caiet. nõ in nullo periculo verſatur: deniq; probatur, quoniã in ea nominis ſuppoſitione, vt nomẽ Deus pro natura ſola ſupponatur, & nõ pro perſonis, eſt quaſi ſuppoſitio ſimplex & immobilis, ita vt ſit aptũ ſubiectũ cõtradictionis, quaſi eſſet ſuppoſitio ſingularis. Ita enim ſũt cõtradicẽtes, homo eſt ſpecies, homo nõ eſt ſpecies, ſicut Petrus currit, Petr⁹ nõ currit; ergo in eo genere ſuppoſitionis, Deus generat, Deus nõ ge D nerat, vt pro natura nomen Deus ſupponatur cõtradicẽtes erũt, & nõ vtraq; vera, vt Caiet. ſentit. Dicendũ igitur eſt non eã eſſe nominis ſuppoſitionẽ propriã pro ſola natura; & in ea quidẽ ſuppoſitione, ſi ad libitũ fingatur, illas enũciationes eſſe contradicentes: quare affirmans eſt falſa, Hic Deus generat, quia natura etiã in concreto nõ generat, ſed perſona; negatio vera, ſcilicèt Deus non generat, quia natura non generat.

In vera acceptatione, negans eſt falſa, vt 1. p. n. 4. S. Thom. 2. & vera ſẽt. in tit. aſſerta. In acceptione ficta à Caiet. vt in tit. affirmans eſt hæretica, & negãs vera. 1. Probatio. Cõfirm. S. Thom. Caiet. vult, ſubiectũ iſtius Hic Deus generat, non ſupponi pro pſona, ſed pro indiuiduo, quod eſt natura.

Confirm. 2. Hic Deus eſſet res vna genita & generãs Contra Cõc. Later. 2. Probatio. Suppoſitio in tit. eſt quaſi ſimplex, & immobilis, atque adeo apta contradictioni.

Horum ſummarium.

Declaratur.

Natura etiam in cõcreto nõ generat, ſed perſona.

3. Quidam ſunt, qui Thomæ Caietano ſuffragium ferunt, & cum illo concordant,

Pro Caiet. alia explicatio.

*quòd in illis enūc. Deus habeat ſuppoſitionem nominis collectiui. Improbatur 1. vt cap. 23. n. 9.*

A dant, alio tamen modo dicendi: cenſent etenim veras eſſe iſtas enunciationes, Deus generat, Deus non generat; quia hoc nomen, Deus, habeat ſuppoſitionē nominis collectiui: quam exiſtimationē ſupra refutauimus: ſed etſi vera eſſet opinio iſta de ſuppoſitione nominis, quoad alterum eſt improbanda; quòd negat

*Improbatur 2.*

iſtas eſſe contradicentes, & affirmat eſſe ſimul veras. Nam etſi domus ſit cedrina ſecundum tectum, & lapidea ſecundum parietes, non tamen ſunt concedendæ cōtradicentes, quòd ſit cedrina & non cedrina, lapidea & non lapidea; hæ enim intelliguntur ſecundum

*Exemplum in quo negans eſt falſa.*

B idem: itaque ſicut eſt cedrina ſecundum tectum, ita ſimpliciter negandum eſt, quòd non ſit cedrina; quia negatio cadit ſupra eandem partem, ſcilicèt quòd ſecundum tectum non ſit cedrina. Similiter etſi Deus dicatur generare ratione Patris, non tamen diceretur non generare, quamuis Filius nō generet; quia dū abſolutè Deus dicitur non generare, intelligitur, quòd ratione eiuſdē Patris nō generat, ſi fingamus eā ſuppoſitionē nominis collectiui: ſi verò ſimplicē ponam⁹ ſuppoſitionē, Deus generat, erit falſa, quia natura nō generat, pro qua ſupponitur nomē Deus ſimplici ſuppoſitione.

*In ſuppoſitione ſimplici, affirmā. eſt falſa. In perſonali eſt vera*

C Si verò propriam ſuppoſitionem confiteamur, quæ eſt perſonalis, Deus generat, veriſsima eſt; Deus non generat, falſa: Et hoc maximè confirmatur, quia ſimilitèr falſa eſt, Deus nō eſt homo, quāuis Pater non ſit homo; quia ſignificatur quòd nulla perſona ſit homo. Et iterum Deus non eſt Pater, falſa eſt, quamuis Filius nō ſit Pater. Et ita opinatur Barthol. Torres ad iſtū articulū, & plures alij.

*Improbatio – nis cōfirmatio ex his falſis, Deus nō eſt homo, nō eſt Pater. Torres.*

4\. Sed eſt iſtius opinionis Caietani quędam explicatio non contemnenda, vt hic Deus dicatur generare, & non generare, ita vt nomen Deus neq; ſupponatur pro perſonis, neq; pro natura pręciſa, quaſi ſimplici ſuppoſitione, ſed pro natura abſolutè, prout ea, quæ inueniūtur in hypoſtaſibus, inueniuntur in natura; nam ea quę inſunt primis ſubſtantijs, per primas inſunt ſecūdis: eſt enim homo albus, quia Petrus eſt albus. Eadē ergo ratione, Deus generat, & Deus nō generat; ita vt nomen Deus non ſupponatur pro perſonis, ſed neq; pro natura præciſa à perſonis, ſed tamen pro ipſa natura, vt eſt in perſonis.

*3. Explicatio, quòd Deus ſupponatur pro natura abſolutè.*

*Exemplum.*

D

5\. Ad hoc tamen reſpondendum eſt, in his enunciationibus, homo currit, homo non currit, ſubiectum ſupponi non pro natura communi; licèt enim nomē, homo, ſignificet naturam communem, ſuppoſitio tamen non ſequitur ſignificationem ipſius nominis, ſed accōmodatur alijs partibus propoſitionis. Quare nomen homo, in his contīngētibus ſupponitur pro ſingularibus, & eadem ſuppoſitio eſt, ſi dicas homo currit, & aliquis homo currit, quæ eſt ſuppoſitio perſonalis diſiunctiuè exponēda. Quare ad hunc modum nominis cōmunis, libentèr concedimus, nomen Deum ſupponi pro perſonis, cum prædicatum eſt perſonale in affirmante; at verò in negante pro natura & perſonis ſimul ob quandā conditionem nominis ſingularis, vt explicatum eſt. Thomas verò Caiet. reuocabat ſuppoſitionē iſtius nominis ad immobilem, quaſi ſimplicē ſuppoſitionem: quia hic De⁹ eſt ſingulare quid, & de iſto ſingulari aiebat dici cōtradicētia. Quod non habet exemplum in propoſitionibus cōſtantibus ſubiecto cōmuni. Neq; verò in re ipſa cognita, eſt ſimilitudo vlla: nam naturæ communi, quæ in ſolo intellectu eſt communis, accidunt contraria accidentia, quæ tamen non coniunguntur cum natura in illa cōmunitate, ſed cum hac & illa natura, quæ ſunt diuiſæ; & ideo naturæ communi poſſunt accidere oppoſita, quia ipſa natura cōmunis eſt in ſingularibus diuiſa, in quibus illa oppoſita inueniuntur; accidunt autem oppoſita naturæ communi, vel quia contrahunt illam vt differētiæ, vel quia adueniunt naturæ contractę, & diuiſæ, vt accidentia; ſed non accidunt, quaſi inſint, & inhæreant naturæ cōmuni. Natura autem diuina eſt communis communitate reali, ita vt nō diuidatur in perſonis, ſed ſemper maneat communis. Quare non poſſunt de eadem dici contradicentia, aut contraria, ſcilicèt quòd generet aut non generet, generetur aut non generetur; neque enim hæc poſſunt intelligi quaſi accidere naturæ communi ratione ſingularium, cū enim indiuiſa ſit in ſingularibus, nullā appellationem accipit à ſingularibus, ſicut cum dicimus homo currit, quia Petrus currit, eſt enim Petrus quidā homo, & homo diuiditur in Petro. Nō verò dicitur Deus generare, quia Pater generat, quaſi

*Refutatur.*

*In hac contingenti, homo currit, eadē eſt ſuppoſitio, ac ſi dicas, aliquis homo currit, quę eſt ſuppoſitio perſonalis diſiunctiuè exponenda.*

*Eadem eſt in hac affirm. De⁹ generat. De neg. vt 1. p. num. 10.*

*Caietani mens.*

*Eius exemplū de quo num. 1 improbatur.*

*Naturæ per rationem cōmuni poſſunt accidere oppoſita, quia ipſa eſt in ſingularibus diuiſa.*

*Secus de natura diuina, quæ ſemper manet communis.*

*Vnde nullam appellationem accipit à ſingularibus.*

ſi Pater ſit quidam Deus generans, ſed A dicitur Deus generare duntaxat, quia ſupponitur nomen pro perſona generãte; nulla autem ratione generatio conuenit naturæ, aut accidit naturæ. Itaque non eſt exemplum, aut ſimilitudo in his enunciationibus, quas vocant indefinitas: neque in rebus ipſis communibus; cum nomen, Deus, ſupponatur ſpeciali ſuppoſitione, & res cognita ſit communis communitate reali, non diuiſa in ſingularibus.

6.
4. Explicatio, quòd Deus ſupponatur pro Deitate in concreto.
*Scot.*
Hæc explic. dicit 1. idem eſſe ſupponi propriè, & ſignificare.
Dicit 2. nomẽ Deus, non ſupponi pro perſonis, ſed connotare illas.

Quidam aliter interpretantur Caietanum, ſentiunt etenim nomen, Deus, in B his enunciationibus ſupponi pro natura diuina in concreto; in quo conſentit cum Caietano Scotus. Affirmant autẽ idem eſſe ſupponi, & ſignificare; quare ſicut nomen, Deus, ſignificat naturam diuinam in concreto: ita & pro eadem eodem modo ſupponitur; & ſicut non ſignificat perſonas diuinas, ſi propriè loquendum ſit, ita neque pro eis ſupponi propriè; ſed eas ſolummodò connotare. Cum verò Caiet. ait nomen, Deus, poſſe ſupponi pro perſona Patris, interpretantur de impropria ſuppoſitione, ſiue ſignificatione, qua inquiunt, nomen ſupponi pro ea re, de qua veritas enunciationis oſtẽditur, quod anteà diximus C vſu dialectico verificari; vt Deitas nomẽ abſtractum non ſupponitur propriè pro Patre, ſed verificatur de illo, cum enunciamus, Pater eſt Deitas. Eodem modo illi putant in affirmante, Deus generat, nomen Deus, non ſupponi pro Patre, ſed verificari de illo. Quem eundem ſenſum arbitrantur eſſe germanum doctrinæ S. Tho. dicentis nomen Deus, in illa affirmatione ſupponi pro Patre. Cenſent tamẽ nomine ſic ſuppoſito pro D concreto Deitatis, has eſſe contradicẽtes Deus generat, Deus non generat; quo aſſerto à Caietano diſsident.

Dicit 3. affirmantem, ideò eſſe verã, quia nomen, Deus, verificatur de Patre; quod vocat ſupponi impropriè, ſeu connotare.

*Scotus* ait contra Caiet. illas enunciationes eſſe contradicẽtes.

7.
Hæc explic. tuta eſt, ſed non ad mentem *Caiet.*
Oſtenditur.

In hac ſententia nihil eſt periculi, & eodem ſenſu in tuto eſt Scoti pronunciatum; quæ tamen interpretatio à mẽte Caietani longè abeſt. Nam ille altero ſenſu, quo nomen ſupponitur pro perſonis, affirmat eſſe contradicentes cum S. Thoma. Cum verò ſupponitur pro cõcreto Deitatis, ait eſſe ſubcontrarias. Aliam ergo ſuppoſitionem hìc excogitauit Caietanus, & non illam qua connotantur perſonæ, vt iſti Doctores volunt, ſiquidèm connotatis perſonis ſunt A contradicentes, & non ſubcontrariæ.

Hæc igitur explanatio reuocat iſtas contradicentes ad ſuppoſitionem nominis Dei perſonalem, de qua diſputauimus p. 1. capitis, multa verò ſunt quę in ea diſplicent. Primum, quia confundit ſignificationem nominis cum ſuppoſitione, quæ eſt erroris origo. Nomẽ enim Deus, etſi non ſignificet perſonas, ſupponitur tamen pro illis. Secundum videtur eſſe falſum quod aiunt, nomẽ hoc connotare perſonas, & non ſupponi pro illis. Nam nomen commune dicitur à nonnullis connotare ſingularia, quaſi B ſecundo loco illa ſignificet: connotare enim eſt ſimul notare: ſupponitur autẽ nomen commune pro ſingularibus, quę connotat: ergo & nomẽ, Deus, pro perſonis. Tertium verò, quod eſt præcipuũ, falſò affirmant, aſſerentes affirmationẽ, Deus generat, idcircò eſſe veram, quia nomen, Deus, verificatur de Patre, etſi non ſupponatur pro illo. Nam ſi ea eſſet cauſa veritatis iſtius affirmationis, Deus generat, ſimiliter eſſet vera affirmatio, Deitas generat, quia nomẽ, Deitas, verificatur de Patre. Verè enim dicimus, Pater eſt Deitas. Neceſſe eſt igitur concedant nomẽ concretum, Deus, C non ſolùm verificari de Patre, ſed Patrẽ & perſonas diuinas inuolui ipſa ſignificatione huius nominis concreti, & importari hoc nomine diuinas perſonas, ita vt loco perſonę ponatur nomẽ Deus, poni autem nomen loco rei eſt propriiſſimè ſupponi. Deitas ergo nomen abſtractum ſuo modo ſignificandi non importat perſonas, & ideò non ſupponitur pro illis: quam ob cauſam falſa eſt affirmatio, Deitas generat. Nomen au- D tem concretum, Deus, ſuo modo ſignificandi importat perſonas, & ſupponitur pro illis. Et reddit veram affirmationẽ, Deus generat, quia nomen, Deus, ponimus pro perſona generante, quę eſt ſententia S. Thomæ apertè dicentis nomẽ, Deus, ſupponi pro perſonis, eaque eſt Theologis receptiſsima: & firmatur auctoritate S. Ioan. Damaſcen. lib. 3. de fide, cap. 4. dicentis diuinitatem indicare eſſentiam, Deum verò indicare ſuppoſita, ſcilicèt ipſo modo ſignificandi concreto, quo pro multis ſupponitur. Et hęc quæ ad normas dialecticorum vſitatas diriguntur, veriſimiliora ſunt, & cum veris concordant.

8.
Approbatur prout ait Deũ ſupponi perſonaliter, vt c. 19. n. 10.
Improbatur 1. dictum, vt confuſum.
2. vt falſum.
Exemplum. Nomen commune ſupponitur pro ſingularibus quæ connotat.
3. vt falſum.
Aliàs hęc eſſet vera, Deitas generat, quia Deitas verificatur de Patre.
Non Deitas, ſed Deus ſuo modo ſignificandi importat perſonas, & ſupponitur pro illis.
*S. Damaſc.*

*Confir-*

*Confirmatio.*

9. S. Thom. Alenſ. Alb. Magn. Richard. Durand. Capreol.

HÆc eſt ſentētia S. Thomæ, & Alex. Alenſ. q. 50. memb. 3. art. 2. & Albert. Magn. d. 4. q. 6. & Richard. q. 1. ad 1. Durand. q. 2. Capreol. q. 1. art. 3. qui omnes conſentiunt in iſta propoſitione, Deus generat, nomen Deus, ſupponi, non pro natura, ſed pro perſona.

## CAPVT XXVII.

### *Argumenta refelluntur.*

1. 1. Arg. *Durandi.* pro ſua ſent. de qua 1. p. n. 1.

SVnt tamen argumenta contraria cõfutanda, & quòd hæc negatio, Deus non generat, vera ſit, ex eo probat Durand. quia ſicut Patri conuenit generare, ita & Filio non generare: ergo ſicut de Deo prædicatur generare propter Patrem; ita de eodem Deo prædicatur non generare propter Filium.

2. 2. Arg.

Secundò reſponſionem noſtram repellit, quòd ſcilicèt nomen, Deus, ex eo quòd eſt ſingulare, ſit ſubiectum contradictionis; quia (inquit) Deus habet conditionem nominis communis non ſingularis, cum pro tribus perſonis ſupponatur; quare non eſt ſubiectum contradictionis.

3. 3. Arg.

Tertiò arguit. Quòd ſi in enunciatione negante, eò quòd eſt nomen ſingulare, pro tribus perſonis ſimul ſumitur nomen, Deus, cum dicimus, Deus non generat, ita vt ſit ſenſus, quòd neque Pater, neque Filius, neque Spiritus Sanctus generet; idem erit genus ſuppoſitionis in affirmante, cum dicimus, Deus generat, vt ſenſus ſit, quod Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus generet.

4. 4. Arg.

Quartò idem probat; nam de eadem perſona ſubſiſtente in duabus naturis, ſcilicèt de Chriſto, dicuntur contradictoria; ergo de eadem natura in diſtinctis perſonis poſſunt dici contradictoria.

5. Conſenſio Caietani cum Durando.

Thomas autem Caiet. ferè eandem ſententiam tuetur, niſi quòd Durandus ait eſſe ambas veras, dum nomē, Deus, ſupponitur perſonaliter: Caietanus verò ait, eſſe ambas veras, dum idem nomen ſupponitur quaſi ſimplici ſuppoſitione pro ſola natura; probatque ſuam opinionem, quia ſicut de homine prædicamus, quòd currat, & non currat, quia natura eſt communis perſonæ currenti,

Diſſenſio ab eodem. Vlt. Arg. *Caietani.*

A & non currenti; ita etiam de hoc Deo, quia eſt indiuiduum commune perſonæ generanti, & perſonæ non generanti, vtrumque verè dicitur, & quòd generat & quòd non generat. Et confirmatur verbis S. Fulgent. lib. 3. ad Tranſimundum, cap. 6. *Verè paſſus paſſioni non ſubiacens*, quæ ſunt contradicentes de eodem Deo. Confirm. ex *S. Fulgent.*

*Aduertenda.*

6. Aduertend. *ex S. Thom.* diſcrimen inter naturā cōmunē creatā, & increatam vt cap. 26. p. 2, num. 5.

NOs verò vtrumque argumentum eadem obſeruatione refutabimus explicantes ea, quæ docet S. Thom. ad 3. B aſsignat quippè diſcrimen inter naturam communem creatam, & increatam; quia natura creata ſolâ vnitate rationis eſt communis, re autem ipſa eſt res plures; quare cum affirmatur de homine quòd currat, & quòd non currat, nomen homo accipitur pro diuerſis hominibus, ita vt negatio & affirmatio nō inueniatur in eodem. Natura autem diuina eſt communis vnitate reali; quare quod negatur de illo vno, negatur de tribus perſonis, quæ in illa vnitate reali conueniunt.

7. Difficultas poſita in 1. arg. *Durandi.*

Hæc autem adhùc indigent commētario. Nam ſi generatio diuina nō prædicatur C de illo vno, ſcilicèt de natura, vt paulo ante docuimus, ſed de perſona aliqua, ſcilicèt de Patre in affirmatione, Deus generat; etiam in negatione, Deus non generat, generatio non negabitur de illo vno, ſcilicèt de natura, ſed de Filio; & ita non negabitur de tribus perſonis propter vnitatem naturæ, vel affirmabitur de tribus propter eandem vnitatem naturæ, vt Durand. arguit. Dicēdum eſt igitur eſt nomen Deus, in his enūtiationibus ſupponi pro perſona iuxta nominis ſignificationem, ita vt non ſupponatur pro nuda perſona, ſed pro D perſona habente naturam diuinam; ſupponitur enim pro eo quod eſt Deus, & ita ſupponitur pro pluribus ratione vnius naturæ: quo differt iſtud nomen à nomine homo, vt ſapientiſsimè S. Doctor indicauit: nomen enim homo, ſupponitur pro pluribus hominibus, quia conceptu confuſo cōtinet plures humanitates; nomen autem Deus ſupponitur pro pluribus perſonis, ratione vni* Deitatis. Quamobrem in affirmante non verificatur prædicatum de omnibus perſonis

Reſponſio. In his enunciationibus nomen Deus, ſupponitur pro ꝑſona iuxta nominis ſignificationē, ſc. pro eo quod eſt Deus.

Per hoc quòd prædicatũ cõiungitur cum vno Deo, non cõiungitur cũ omnibus perſonis vnius Deitatis.

Secùs in remotione.

ſonis vnius naturæ, cum dicimus Deus generat; quia per hoc, quòd prædicatũ coniungitur cum vno Deo, non coniungitur cum omnibus perſonis vnius Deitatis. At verò in negatione, Deus non generat, per hoc quòd prædicatum remouetur ab vno Deo, remouetur ab omnibus perſonis, quæ illa vnitate continẽtur. Vnde ſcitè colligit S. Thom. quòd ſi Deus generat, & Deus non generat, eſſent duo Dij, quia in vno Deo ſi generatio ineſt, non poteſt ab eodem generatio remoueri.

*Reſponſio.*

8. Ad 1. arg. *Durandi:* ex aduert.

AD primum argumentum Durandi reſpondetur, quòd in iſta enunciatione, Deus non generat, non eſt ſenſus, quòd alicui perſonæ conueniat non generare; ſed eſt ſenſus, quòd ab illa vnitate Deitatis, in qua perſonę conueniũt, excludatur generatio, ita vt nulla perſona generet, ſicut declaratum eſt.

9. Ad 2. arg. ex eodem aduert.

Ad ſecundũ reſpondetur nomen ſingulare neceſſariò eſſe ſubiectum contradictionis, etiamſi habeat conditionẽ ſuppoſitionis communis; quia illa vnitas ſingularitatis efficit, vt in enunciatione negante prædicatum remoueatur ab omnibus contentis in ſubiecto, vt dictum eſt.

10. Ad 3. arg. ex eodem.

Ad tertium ijſdemmet dictis facimus ſatis; aſsignauimus quippè diſcrimen quare in affirmante prædicatum nõ verificetur de omnibus perſonis, in negãte verò de omnibus remoueatur.

11. Ad 4. arg. ex eodem.

De Chriſto non prædicãtur contradictoria, ſed benè quidem cõtraria.

Ad quartum reſpondetur de Chriſto Domino non prædicari contradictoria, ſed benè quidẽ contraria; eſt enim mortalis, & immortalis; quare contradicentes ſunt falſæ, ſcilicèt, quòd non ſit mortalis, aut quòd non ſit immortalis. Negatio enim abſolutè remouet prædicatum; affirmatio autem ponit quidem prædicatum non abſolutè, ſed iuxta id, quod poſtulat ſenſus enunciantis; & ita Chriſtus eſt mortalis, & immortalis abſolutè, quod tamen interpretamur ſecundum diuerſas naturas. Cum verò contradicentes occurrunt quòd non ſit mortalis, aut quòd non ſit immortalis, abſolutè ſunt falſæ, quia abſolutè remouentur iſta prędicata à Chriſto; eſt enim negatio malignæ conditionis, vt aiunt.

Negatio eſt malignæ conditionis.

12. Ad vlt. arg. ex eodem aduert.

Ad vltimum Thomæ Caietani argumentum reſpondetur ex eadem obſeruatione, quòd nomen, homo, ſupponitur pro pluribus, non ſeruata vnitate naturæ: quare in negatione illa, homo non currit, non remouetur curſus à perſonis omnibus, quia non ſunt vnius indiuiduę naturæ; ſed ab vno homine remouetur, & ab alio homine non remouetur: & idcircò homo currens, & homo non currens, eſt vnus, & alius homo; Deus autẽ vnus eſt, & nõ poteſt dici, quòd ſit Deus generans, & Deus non generans; quia eſſent plures Dij. Ad confirmationem reſpondetur, S. Fulgentium vſurpare nõ paſſum pro impaſsibili; & ita non ſunt contradicentia, ſed contraria prædicata: neque illa affirmat de Deo, vt vult Caiet. ſed de Chriſto hypoſtaſi indiuidua, de qua nullo modo poſſunt contradicentia affirmari.

Nomẽ homo ſupponitur pro pluribus non ſeruata vnitate naturæ.

Ad confirm. *ex S. Fulg.*

## CAPVT XXVIII.

### *Deus generat Deum, qui non eſt Pater.*

1. Connexio huius quæſt. cũ præcedent.

QVæſtio iſta coniuncta eſt cum præcedente, tum propter nominum ſimilem ſuppoſitionẽ; tum maximè, quia ad alias contradicentes tractandas, diſputando iſtas compellimur.

2. Hæc eſt recta, Deus generat Deum. Probatur à *S. Thom. ex Symbol.* Confirm. ex *Conc. Later.*

Illud autem à Doctoribus cum conſẽſu recipitur, quòd Deus generet Deũ. Probat autem hoc ipſum S. Thom. verbis Symboli, *Deum de Deo.* Et confirmatur, quoniam in Concil. Later. permittitur iſta enunciatio, Deus generat, & ſimilis eſt iſta, Deus generatur; nihil autem prohibet, ſiquidem Deus generat, & Deus generatur, ſimul colligere iſtam, Deus generat Deum; Deus enim generans generat Deum genitum. Et hæc perſpicua ſunt. Familiare autem eſt S. Hilario Deum ex Deo natum dicere, vt lib. 3. de Trinit. & alijs.

*S. Hilar.*

3. 1. Dub. Vtrum Deus generet ſe Deum, vel alium Deum? *Magiſt.* De priore *Scotus* affirmat alijs verbis.

Sed iam quæritur, vtrùm Deus generet ſe Deum, vel alium Deum? Quæ ſanè quæſtio aliquantulùm vexauit Magiſtrũ ſententiarum. Ioan. Scot. in 1. d. 4. q. 2. concedit iſtud enunciatum, Deus generat eundem Deum, quod idem eſt ac ſi diceret, Deus generat ſe Deũ, niſi quòd minùs latinè dicit eundem Deum; nam idem refert id, quod anteà dictum erat; refert ergo Deum generantem: quòd ſi Deus generat eundem Deum, ſcilicèt eundem, qui generat; profectò generat

ſe

*Probat ex Ariſtot.*

ſe Deum. Probat autem Scotus, quòd Deus genuit eundem Deum Ariſtotel. pronunciato ex lib. 10. Metaph. tex. 12.

*Idem & diuerſum oppoſita ſunt.*

quia idem & diuerſum oppoſita ſunt; ſed non genuit diuerſum *Deum*: ergo eundem.

*Reſponſ.*

Reſpondetur tamen facilè, concedendo ea eſſe oppoſita abſque vllo medio. Sed cum arguitur à negatione vnius ad affirmationem alterius, obſeruanda eſt ſuppoſitio, & appellatio dialectica.

*A negatione copulatiuæ cõſequitur affirmatio alterius partis diſiunctiuæ.*

Nam cum dicimus non genuit eundem *Deum*, negamus eſſe naturam, & perſonam eandem in genito: & à negatione copulatiuæ conſequitur affirmatio alterius partis diſiunctiuæ, ſcilicèt aut natura, aut perſona eſt diuerſa in genito; diuerſa, inquam, hoc eſt diſtincta: nam diuerſum, vt eſt oppoſitum ad idem, ſumitur ampla ſignificatione, pro quocunque diſtincto, quod non eſt idem.

*Cum arguitur, Nõ genuit eũdem Deũ, ergo genuit diuerſum, variatur appellatio, & arguitur à negatione copulatiuę ad affirmat. vnius p. determinatè.*

Cum autẽ arguitur, Nõ genuit eundem Deum; ergo genuit diuerſum Deum, variatur appellatio: quia ex hoc quòd non genuit eundem in perſona colligitur quòd genuit diuerſum in natura, nam Deus diuerſus ſignificat diuerſitatem in Deitate: & virtute conſequentiæ arguitur à negatione copulatiuæ, ad affirmationẽ vnius partis determinatè, vt elucidauimus, quia ex hoc quòd non genuit eundem Deum in natura, & perſona, colligitur quòd genuerit diuerſum in natura, hoc enim ſignificamus per diuerſum *Deum*.

*De priore p. Reſolutio negat quòd Deus genuit eundẽ Deum, vel ſe Deum.*

Negandũ ergo eſt abſolutè quòd genuerit eundem Deum; quia relatiuũ, idem, refert eundem Deum generantẽ, quaſi dicas genuit ſe *Deum*.

*S. Hilar. etiam negat de alio Deo.*

Quam ſententiam firmat S. Hilar. lib. 1. de Trinit. his verbis, *Deum ex Deo natum, neque eundem natiuitas permittit eſſe, neque aliud*. Ecce impoſſibile eſt naſci eundẽ Deum ex Deo: ſed neque naſcitur aliud, ſiue alius Deus; ſed alia perſona.

*Idem ſimiliter.*

Et iterùm libr. 8. profitetur Filium genitum, neque alium Deum eſſe, neque ipſum Deum, ſcilicèt neque Deum generantẽ, neque alium Deum.

*S. Thom. S. Auguſt.*

Meritò itaque S. Thom. negat iſtã, Deus generat ſe Deũ, quam eandem negat S. Auguſt. lib. 3. ad Maxim. cap. 14. *Genuit* (inquit) *quod ipſe eſt, non autem alterum ſe*.

*Idem cõtra loquens S. Thom. explicatur 1. durius.*

Refertur autem idem S. Auguſt. epiſt. 66. ad Maximum contrarium aſſerens, quòd ſcilicèt Deus Pater genuit alterum ſe, & S. Thom. ad 4. interpretatur hoc dictum duobus modis. Primo, vt relatiuum, ſe,

A mouetur in caſu, quaſi dicat, genuit alterum à ſe, qui commentarius durus eſt.

*Explicatur 2. meliùs.*

Meliùs igitur dicendum, aut eſſe mendum in litera, aut figuratam eſſe loquutionem, vt indicetur maxima ſimilitudo; genuit alterum ſe, ſcilicèt alterum ſibi ſimillimum, eſt enim imago Patris, quaſi alter Pater,

*S. Ambroſ.*

quo pacto dixit S. Ambroſ. lib. contra Arianos, cap. 6. pereleganter, *Quod eſt enim Filius de eo quod Pater eſt; alius idem.* Quòd ſi idem dicas neutro genere, nihil eſt dubij. Si verò, quod venuſtius eſt, dicas maſculino

B genere, illa antiphraſi contraria ſignificatur alius quidem, ſed ſimillimus qui poſſit figurâ dictionis vocari idem. Marius verò Victor. lib. 1. contra Arium. *Nos contra* (inquit) *non enim ſimilem, ſed eundem dicimus, quippè ex eadem ſubſtantia.* Vbi poſuit maſculinum genus pro neutro: non enim dicendum eſt Filium eſſe eundem, ſed idem cum Patre.

*S. Thoma pro vtraque p. reſolutio, Deꝰ genuit Deum, neque ſe Deũ, neq; aliũ Deũ.*

Diſputationem iſtam S. Doctor abſoluit, affirmãs, quòd Deus genuit Deũ, neque ſe Deum, neque alium Deũ,

*Ratio.*

quia hæc relatiua coniuncta cum Deo ſignificant, aut perſonam eſſe eandem, ſi generet ſe Deum, aut naturam diuerſam, ſi

C genuit alium Deum: nam alius Deus, non eſt, vt anteà docuimus.

*Poſterioris partis ſenſus diuerſus.*

Obſeruat etiam huic enunciationi, Pater genuit alium Deum, poſſe ſubeſſe diuerſum ſenſum, ſcilicèt vt relatiuum, alium, non cõiungatur cum nomine Deo, ac ſi dicat, genuit alium, qui alius eſt Deus, vel genuit alium, & illum quidem Deum, quod eſt dictum per appoſitionem.

*Abſolutè eam negant Idem, Scot. Durand. Marſil. Hug. de S. V.*

Partem hanc diſiunctiuæ, vel genuit alium Deũ, negant cum S. Thoma q. 39. art. 4. Ioan. Scot. in 1. d. 4. q. 1. Durand. q. 2. Marſil. q. 8. ad 3. Hugo de S. Victor.

*4.*

*2. Dub. de duabus propoſit.*

Nouum ſubindè dubium proponitur. Siquidèm Deus generat Deum, vtrùm

D generet Deum, qui eſt Pater, vel *Deum* qui non eſt Pater?

*Præp. vtrãq; negat apud S. Thom.*

Præpoſitiuus vtrâque negabat, vt refert S. Thom. ad 5. affirmantem negabat,

*Ratio contra affirm.*

quia ſignificat Deum genitum, ſcilicèt Filium eſſe Patrem; cũ enim dicimus Deus genuit *Deum*, qui eſt Pater, relatiuum, qui, refert Deum genitum.

*Ratio contra neg.*

Negantem etiam falſam eſſe dicebat, quia ſignificaret Deum non eſſe Patrem. Cum enim dicimus Deus generat Deum, qui non eſt Pater, videtur hoc ipſum affirmari, quòd Deus non ſit Pater. Nihilominùs reſpondendum eſt cũ

S. Tho-

Reſolut. cum *S. Thoma* eas eſſe contradicentes ſecũdum copulam prędicati.

Declaratur.

S. Thoma, has eſſe contradicentes ſecũdum copulam prædicati, vt aiunt dialectici: eſt autem copula prædicati, cùm integra enunciatio fit pars prædicati, quæ conſtat nomine, & verbo, & ſignificat verum, & falſum; verbum quippè à dialecticis dicitur copula enũciationis, quia coniungit formam ſignificatam in prædicato cum ſubiecto. Cum igitur pars prædicati eſt enunciatio verũ, aut falſum ſignificans; poſſunt in ea contineri contradicentes. Et quia relatiuum, qui, refert Deum, ſicut ſunt contradicẽtes, Deus eſt Pater, Deus non eſt Pater; ita etiam in copula prædicati, qui eſt Pater, qui non eſt Pater, eſt cõtradictio, quia, vt ait Ariſt. 2. perihermen. de eodẽ, de quo eſt affirmatio, eſt negatio.

*Ariſt.*

5.

1. Obiectio ex *S. Thom.* cõcedẽte alias duas ſimiles eſſe ſimul veras, nõ contradicẽtes.

Dubium tamen hinc oritur circa illas enunciationes, quas concedit S. Thom. 1. p. q. 39. art. 5. ad 5. eſſentia eſt res generans, & eſt res non generãs: cum enim vtramque veram eſſe concedat, teſtatur non eſſe contradicentes. Et tamen videtur contradicentes eſſe. Nam ſi negatio quæ eſt pars prædicati, facit contradicentes; etiam iſtæ contradicentes ſunt, in quibus negatio, ſcilicèt non generãs, eſt pars prędicati. Et oſtenditur hoc idẽ, ſi ſimiles faciamus enunciationes; eſſentia eſt res, quæ generat, & etiam eſt res, quæ non generat, quæ etiam ſunt veræ, & non contradicentes; & tamen in parte prædicati eſt contradictio.

Declaratur ſimilitudo.

Reſponſio oſtendens diſcrimen.

Reſpondendum eſt, tum eſſe contradicentiam in parte prædicati, cum prædicatum eſt quidpiam ſingulare, ita vt copula implicationis pro eodem ſumatur; aliàs pro diuerſis non eſt contradictio: in illa autem enunciatione, Pater genuit Deum, prædicatum Deus, etſi ſit ſignificatione commune, eſt tamen ibi ſuppoſitione ſingulare; quia ſupponitur ibi pro Filio, ſcilicèt, pro Deo genito, de quo poſſunt enunciari contradicentes; & relatiuum, qui, refert ipſum Filium.

In iſtis ſuabus prędicatũ res, quam refert relatiuum, quæ, eſt ſignificatione, & ſuppoſitione cõmune: quare ſunt ſubcontrariæ.

Cum verò dico, Eſſentia eſt res quæ generat, & res quæ non generat, prædicatum, res, eſt ſignificatione, & ſuppoſitione cõmune; poteſt etiam ſupponi pro natura, & pro perſonis; & relatiuum, quæ, refert rem communem, de qua, quia communis eſt, non poſſunt enunciari contradicentes, ſed ſubcontrariæ, Quædam res eſt generans, quædam res non eſt generãs. Quia igitur ibi nomen, res, ſupponitur communiter, relatiuum, quæ, dum dicimus, res quæ generat, res quæ non generat, non ſupponitur pro eodem, ſed pro diuerſis, & non ſunt contradicentes; neque S. Thom. dixit copulam implicationis facere contradicentes, ſed poſſe facere contradicentes, obſeruatis præſcriptis dialecticis; vt modò diſputabamus; eruntq; contradicentes, Eſſentia eſt res generans, eſſentia non eſt res generans, Eſſentia eſt res quæ generat, eſſentia nõ eſt res quæ generat, vt totum prædicatum negetur.

*Idem* ſolum ait copulam implicationis poſſe facere contradicentes.

2. Obiectio inſtans ex eodẽ ponente alias duas ſimiles ſimul falſas, nõ contradicẽtes.

Alter defectus ſuppoſitionis contingit in contradicentibus, quæ prædicato appenduntur; eſtque ea res ſubobſcura apud S. Thom. q. 36. artic. 4. Nam iſtas negat eſſe contradicentes, Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti, quod eſt Pater; Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti, quod non eſt Pater; & tamẽ principium Spiritus Sancti eſt nomen ſingulare, ſicut Deus, quia ſignificat proprietatem ſingularem, licèt communẽ duabus perſonis; ergo ſicut in illis propoſitionibus in quibus prædicatur Deus, per copulam implicationis fiunt cõtradicentes, verbi gratia, Deus generat Deum, qui eſt Pater, Deus generat Deũ, qui non eſt Pater: ita & iſtæ, in quibus prædicatur principium Spiritus Sancti (quod eſt nomen ſingulare, ſicut Deus) adiunctâ copulâ implicationis erunt cõtradicentes, quod S. Thom. negat, aitque eſſe vtramque falſam.

6. Reſpõſio eiuſdem perſpicua.

Reſponſio S. Thomæ perſpicua eſt; ait enim principium Spiritus Sancti ſupponi ibi ſuppoſitione confuſa pro Patre & Filio, ita vt pro neutro ſupponatur diſtinctè, neque copulatiuè, neque diſiũctiuè; ſuppoſitum enim nominis ex modo ſignificandi eſt vnum, quia eſt nomẽ ſubſtantiuum; ſed res pro quibus nomẽ ſupponitur ſunt duæ, & non eſt vna res communis; ſignificat enim nomen iſtud proprietatem, & ſupponitur immediatè pro duabus perſonis, vt anteà docuimus.

In iſtis duabus, principiũ Sp. Sancti ſupponitur ſuppoſitione confuſa pro Patre & Filio.

Quare cum dicitur Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti, quod eſt Pater, indicatur quòd Filius ſit Pater, ſiquidèm Filius illo nomine confuſa ſuppoſitione continetur: & cum dicitur Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti, quod non eſt Pater, ſignificatur quod Pater; qui eodem nomine continetur confuſò, non ſit Pater.

Exempſum aliarum duarum falſarum ob confuſioné prædicati.

ter. Exemplum eſt, ſi dicamus, ad iter A neceſſarius eſt equus qui eſt Brunellus, vel neceſſarius eſt equus qui nõ eſt Brunellus, vtrumque falſò enũciatur; propter confuſionem prædicati illius, equus, quod ſupponitur confuſò, & nihil ſub illo nomine poteſt diſtinctè indicare. Nomen autem, Deus, non ſupponitur confuſa ſuppoſitione in illis contradicentibus, Pater generat Deum qui eſt Pater, vel Deum qui non eſt Pater; ſed ſupponitur determinatè pro Deo genito, ſcilicèt pro Filio, & eſt prædicatum aptum, cui ſi adiungas copulam implicationis efficias contradicentes.

7.
Obſeruand. Relatiuũ, qui, ſupponitur eadem ſuppoſitione antecedentis, & verificatur de eodem.

B Eſt tamen obſeruandum iuxta dialectica ſcita, quòd relatiuum, qui, ſupponitur eadem ſuppoſitione, qua ſupponitur illud nomẽ, quod refert; & prætereà verificatur de eodem; verbi gratia, ſi dicas, quidam homo ambulat, qui etiam loquitur, relatiuum, qui, ſupponitur pro quodam homine, ſed tamen verificatur de eodem homine, qui ambulat; aliàs falſa erit enunciatio.

Exemplum. Infertur reſolutio, vt n. 4. ſcil. affirmantem eſſe falsã, negantem veram.

Quare perſpicuum eſt falſam eſſe propoſitionem, Deus generat Deum, qui eſt Pater; cum enim dicimus Deus generat *Deum*, nomẽ Deus ſupponitur pro aliqua diuina perſona, C ſed tamen in ſubiecto verificatur de Patre, & in prædicato verificatur de Filio; ergo ſi copula adijciatur prædicato, dicendo, Deus generat Deum, qui eſt Pater, relatiuum, qui, verificatur de eadem perſona, de qua verificatur prædicatum Deus, ſcilicèt de Filio; & eſt ſenſus, quòd Deus Filius ſit Pater, quæ eſt hæretica. Quare copula contradicens eſt veriſſima, Deus generat Deum, qui non eſt Pater.

Exponitur *S. Auguſt.*

Sunt verò exponenda verba illa S. Auguſtini lib. 3. ad Maxim. quæ iam retulimus, *Pater genuit id quod eſt*, nam cum vtatur nominibus relatiuis, hæc in genere neutro non referunt perſonam, D ſed naturam, quaſi dicat, Pater genuit Deum, & hoc ipſum eſt Pater, ita vt id, vel quod, referat in genere neutro non perſonam, ſed naturam.

8.
Improbatur dictum quorũdam apud *Torr.* quòd Deus generãs eſt Deus genitus, Deus genitus generat. Eſt Sabellianũ

Qua in re non poſſum non admirari viros Theologos, qui conceſſerunt has propoſitiones, Deus generans eſt Deus genitus, Deus genitus generat, vt refert Bartholomæus Torres dub. 3. Quæ verba abſque dubio Sabelliana ſunt, Deus enim Pater non eſt Deus Filius; ſed neque eſt Deus alius; ſed quia alius eſt, ſci-

A licèt alia perſona, ideò non eſt Deus Filius. Quid enim intelligimus nomine Patris, niſi Deum Patrem, ſiue Patrem Deũ? atquì catholicè confitẽdum eſt Patrem non eſſe Filium; ergo Deus Pater non eſt Deus Filius.

9.
Declaratur.

Sed in his enunciatis procurandum maximè eſt, ſummoque ſtudio cauendũ, ne variato loquendi modo decipiamur; quia enim adiectiuum ſuppoſito nominis ſubſtantiui copulatur, Deus generãs ſupponitur pro perſona generante, & Deus genitus pro perſona genita, ſimpliciter, & abſolutè loquẽdo.

Adiectiuum ſuppoſito nominis ſubſtãtiui copulatur

Vnde hæc eſt falſa, idẽ Deus generat, & generatur.
Probatur ex *Conc. Later.*

Quarè hęc B eſt omninò falſa, idem Deus generat, & generatur: & ex Concilij Later. definitione facilè improbatur, quia illa res, vna, & eadem, ſiue in concreto, ſiue in abſtracto non gignit, aut gignitur, vt anteà docuimus:

Idem tamen Deus eſt res generans, & res genita, & eſt genitor, & Filius, ſiue natus ſubſtantiuè.

idem tamen Deus eſt res generans, & res genita, & eſt genitor, & Filius, ſiue natus ſubſtantiuè; adiectiuè autem copulatur generatio, aut cũ perſona, & ita non eſt eadem generans, & genita, aut cum natura, & ita neque illa generat, neque generatur. Nullo ergo modo idem Deus generat, & generatur.

At illud dictum, & ſubſtantiuis, & adiectiuis nominibus falſum eſt.

Sed illa alia propoſitio & ſubſtantiuis, C & adiectiuis nominibus eſt falſa, ſiue adiectiuis dicas, *D*eus generans eſt Deus genitus; ſiue ſubſtantiuis, Deus Pater eſt *D*eus Filius.

10.
Idem dictum repugnat reſolutioni traditæ n. 4. & 7.

Conſentaneè autem ijdem Doctores, qui concedebant Deum generantẽ eſſe Deum genitũ, concedebant, quòd Deus generat Deum, qui eſt Pater, contra doctrinam S. Thomæ, & apertiſſimam veritatem, vt probatum eſt.

11.
Negatur cum *S. Thoma*, quòd ſit Deus generans, & Deus non generans, vt cap. 26.

Rectè autem docet S. Thom. ad 3. negandum eſſe, quòd ſit Deus generans, & Deus non generans, quia ibi prædicatur generans, & non generans de Deo, & ſunt contradicentes, & eſſent duo D *D*ij, ſi eſſet Deus generans, & Deus non generans, vt obſeruauimus.

Non ſequitur eundẽ eſſe Deũ generãtem, & non generantem.

Sed indè nõ ſequitur eundem eſſe Deum generantẽ, & non generantem; ſed potiùs conſequitur Deum generantem eſſe, Deum autem non generantem non eſſe, quia ſunt contradicẽtes termini de vno *Deo*. Quare de Patre, & Filio benè hæc dicuntur, de Patre, quòd ſit Deus generans, de Filio, quòd ſit Deus non generans, vt S. Doctor ibidem docet, quia tunc generans, & non generans ſupponuntur pro Patre, & Filio, quę ſunt iſtarum

rum

rum enunciationũ ſubiecta; ſed de Deo A prædicari non poteſt, quòd ſit generãs, & non generans; neque de Deo non generante aliquid verè affirmatur. Solus enim Deus vnus eſt, Deus autem generans eſt, Deus non generans non eſt verus Deus; quia Deus non generans ſignificat Deum non generantem, & ſimul nullam perſonam Deitatis generantem.

*Deus non generans nõ eſt Deus verus. Ratio, vt cap. 26. p. 2. n. 3.*

12. *Vlt. dub. An ſit vera, Hic Deus eſt hic Deus. Affirmant quidam apud* Torres. *Argum.*

Vltimum dubium eſt cum iiſdẽ ſcholaſticis verſandum, vtrùm hæc enunciatio vera ſit, Hic Deus eſt hic Deus, ita vt in ſubiecto oſtendatur Pater, & in prædicato Filius. Quidam affirmabant, vt refert Bartholom. Torres loco recitato, propter vnitatem Deitatis, & quia B in illa enunciatione, Deus eſt hic Deus, nulla indicatur oppoſitio originis, vt perſonas diſtinguamus. Itaque ſola ſignificatur vnitas Deitatis.

13. *1. Senſus, ſi hic, ſumatur ſubſtantiuè.* S. Thom.

Illud autem primò ſtatuendum eſt, quòd nota ſingularitatis, hic, ſumitur aliquando ſubſtantiuè etiam in genere maſculino, vt docet S. Thom. d. 4. q. 9. artic. 3. & tunc non copulatur cum alio ſubſtantiuo. Quare ſi dicamus ſubſtantiuè, hic Deus, additur nomen, Deus, per appoſitionem ad hic, quaſi cum copula implicationis, vt ſit ſenſus, hic, qui eſt Deus, quare ſi indicetur Pater in ſubie- C cto, & Filius in prædicato, hæretica eſt propoſitio, Hic Deus eſt hic Deus. Communis tamen loquendi conſuetudo eſt, vt nota, hic, ſumatur adiectiuè, vt coniungatur cum ſubſtantiuo, Deus, vt ibidem monet S. Doctor, & in hoc ſenſu eſt quæſtio inter Theologos.

*In hoc ſenſu quomodo ſit hæretica?*

*2. Senſus, & cõmunis, ſi, hic, ſumatur adiectiuè.* Idem. *In hoc ſenſu eſt quæſtio.*

14. *1. Aſſertum. Si nomen, hic Deus, ſic accipiatur, ſignificat ſolam Deitatem, & propoſitio illa eſt identica.*

Eſt verumtamen aduertendum, nomen, hic Deus, ſic acceptum, ita eſſe ſingulare, vt nihil amplius ſignificet, quàm ipſam Deitatem; quia enim natura diuina eſt ſingularis, & non diuiditur in perſonis, hic Deus, nullam perſonam ſignificat, ſed ſolam naturam. At verò, no- D mẽ, hic homo, ſignificat perſonam, quia ſignificat iſtam naturam diuiſam, & in concreto, quod concretum eſt ipſa perſona. Quare abſque dubio veriſsima enunciatio eſt, Hic Deus eſt hic Deus, quia eſt eiuſdem de eodem, ſicut diceres, Deus eſt Deus. Neque his nominibus indicantur diſtinctæ perſonæ, aut vlla perſona; ſed eadem natura indicatur repetito nomine.

15. *2. Aſſertum.*

Sed ſi placeat, nomina iſta aliter ſumere, vt perſonas diſtinctas indicantia, dicendum eſt, vel mutari nominum ſignificationem, vel ſaltem ſuppoſitionem. Nam ſi velis, nomine iſto, hic Deus, ſignificare Patrem, ſyncathegorema, hic, ſignificabit Patrem, quaſi dicas, Pater Deus, & cum repetitur hic Deus, æquiuocè ſignificabit Filium Deum, & erit falſa propoſitio, vt iamdudum oſtendimus. Si verò non mutetur nominũ ſignificatio, ipſa indicatione mutatur ſaltem ſuppoſitio, quia in ſubiecto indicatur Pater, & in prædicato Filius; ergo nomen ipſum pro Patre, & Filio ſupponitur, eaque ſuppoſitio ſufficit, vt ſit etiã falſa propoſitio; ſicut & illa eſt falſa, Deᵘ generat Deum, qui eſt Pater, quia relatiuum, qui, verificatur de Filio. Quare abſque vlla diſtinctione eſt neganda; is tamen nominum vſus alienus eſt ab ipſa nominum ſignificatione, vt diximus.

*Si aliter ſumatur, ſc. vt indicet perſonas diſtinctas; vel mutatur ſignificatio, vt in 1. ſenſu n. 14. vel ſuppoſitio in dicatione ipſa & vtroque modo propoſitio illa eſt falſa.*

16. Torres *cum propoſ. immeritò diſtinguit.*

Non ſubeſt igitur cauſa, cur Barthol. Torres tantopere extimeſcat in conſtituenda iſta controuerſia, & dirimenda. Neque eſt opus hanc enunciationẽ quaſi ambiguam diſtinguere; quia retento ſenſu verborum proprio, eſt identica. Si verò trahatur ad alium ſenſum indicando perſonas diſtinctas, abſque dubio eſt falſa. Maximè verò errat, dum credit eſſe iſtam alteram enunciationem diſtinguendam, Deus generans eſt Deus genitus, quæ omnino eſt falſa.

*Errat dum diſtinguit aliam improbatam n. 8.*

17. *Ad arg.*

At verò Doctores, qui his aduerſabantur, nullo nitebantur argumento. Nam licèt in iſta enũciatione, hic Deus eſt hic Deus, nullum nomen ſignificet relationem, aut originem, ſatis eſt quòd ſignificentur, aut indicentur perſonæ, quæ relationibus, & origine diſtinctæ ſunt, vt vna de altera negetur.

## CAPVT XXIX.

### *Non ſolus Pater eſt Deus.*

1.

COntradicentes enunciationes ſequuntur eæ, quæ dicuntur excluſiuæ, quia notatæ ſunt dictione aliqua excludente, vt tamen, ſolùm.

2. *Ex S. Thom. ſolus 1. modo vt nomen, eſt, ſolitarius ſeu ſine conſortio.* Ariſtot.

Admonet autem S. Thom. q. 31. ar. 3. nomen hoc, ſolus, accipi æquiuocè; primò, vt ſignificet ſolitudinem eius, qui eſt ſine conſortio; quo pacto nomen hoc vſurpauit Ariſtot. 2. Elenchor. cap. 3. *Solus* (inquit) *eſt, qui ſine alio eſt.* & 7. Metaph. text. 20. ſolum idem eſt quod

non

*Solus, id eſt, ſine conſorte eiuſdẽ ſpeciei.*

non cum alio: dicitur autem ſolus, qui non habet conſortem eiuſdem ſpeciei; quare homo, etſi ſit cum angelis, aut cũ beſtijs, eſt ſolus. Hac verò ſignificatione

*Sic Pater non eſt ſolus.* *S. Auguſt. ad locum. Eccleſ. 24.*

Pater non eſt ſolus, quia eſt ſimul cum Patre Filius, & Spiritus Sanctus, vt obſeruauit S. Auguſt. lib. 7. de Trinit. cap. 6. & lib. 1. cap. 6. & lib. 5. cap. 7. vbi meminit illius loci Eccleſiaſtici 24. *Gyrum cœli circuiui ſola*, quem ſtatim explanabimus. Et in Ioan. tract. 39. probat veritatem iſtam verbis Domini Ioannis 8.

*Ioan. 8.*

*Solus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater.*

*Solus, id eſt, ſine opitulante.* *Iſai. 63. n. 3.*

Dicitur etiam ſolus, qui nemine͂ habet opitulantem, iuxta illud, *Torcular calcaui ſolus*, qua forma loquendi videtur dictum, nomine ſapientiæ genitæ, quæ eſt Verbum Dei, *Gyrum cœli circuiui ſola*, quia Verbum Dei ſolum erat, nullius indigens ope in rerum origine.

*Eccleſ. 24.*

*Richard. dicit Deum nõ ſolitarium.* *S. Auguſt. dicit Patrẽ ſolum.*

Hoc clarius dixit Richard. lib. 3. de Trinit. cap. 12. Deum non eſſe ſolitarium, hoc eſt, ſine conſortio perſonarum. At verò Sanctus Auguſtin. 6. de Trinit. cap. 8. Patrem ſolum dicit, quia non eſt in diuinis alius Pater, ſed eſt ipſe ſolus ſine alio.

3.

*Ex S. Hilar. Nec Pater ſolus, nec Deus ſolus, id eſt, ſine conſortio perſonarum.* *Richard. Rectè Deus ſolus, id eſt, ſine conſortio Deorum.* *Iudi. 9. n. 19*

S. Hilar. non ſolùm recuſat dicere Patrem ſolum, ſed etiam Deum ſolum, ne ſignificetur ſolitudo naturæ ſine conſortio perſonarum; quod etiam comprobat Richard. quia ſocietas perſonarum obſtat, vt minùs dicamus Deum ſolum; ſed rectè poteſt dici Deus ſolus, hoc ſenſu, quia nõ eſt alius Deus, ſed ipſe eſt Deus abſq; cõſortio deorum, iuxta illud, *Quia tu es Deus, & non eſt alius præter te.*

4.

*2. Modo vt ſyncatheg.*

Alio modo, ſolus, non eſt nomen, ſed ſyncathegorema, vt omnis, nullus; & idcircò non ſignificat rem aliquam, ſed indicat conditionem ſuppoſitionis ſubiecti, vel prædicati, cum quo coniungitur excludendo cætera ab ea parte enunciationis, cui hæc dictio copulata eſt; & ita idem valet, ſolus, adiectiuum, quod aduerbium tantùm, aut tãtummodò. Et ab iſta dictione excludẽte ducitur nomen propoſitionis excluſiuæ.

*Eſt dictio excluſiua.* *Idem valet qđ ſolùm, tantùm &c.*

5.

*Inter hæc diſcrimen ex S. Thom. Solus non coniungitur cum prædicato, be-*

Obſeruat autem S. Thom. diſcrimen inter iſtud adiectiuum, ſolus, & aduerbium ſolùm, aut tantùm; quod adiectiuum non coniungitur cum prædicato, quia eſt propria nota ſubiecti, ſicut etiam nullus, & omnis cum prædicato præcipuo non copulantur; benè tamen

A cum parte prædicati, vt Petrus docet omni cura, aut nulla cura, aut etiam Petrus docet ſolis verbis. Hæc igitur adiectiua, quæ ſunt ſyncathegoremata, non adhibentur prædicato præcipuo, ſed parti ipſius prædicati.

*nẽ tamen cum parte prædicati.*

*Contra hoc documentum 1. Obiectio, de hac, Petrus eſt ſolus docẽs*

Sed contra hoc documentum, videtur rectè, & latinè dici, quòd Petrus ſit ſolus docens; ita vt, ſolus, ſit ſyncategorema cum prędicato connexum. Reſpondendum eſt tamen, in ſenſu verborum illud ſyncathegorema coniungi cum ſubiecto, quia non excludit à prædicato, ſed à ſubiecto; ſi enim enunciatio eſt excluſiua, exponenda eſt, quòd Petrus doceat, & nullus alius à Petro doceat; hæ enim

*Reſponſ. Ibi in ſenſu verborum, ſolus, coniungitur cum ſubiecto.*

B ſunt exponentes, vt vocant dialectici: ſi verò velis à prædicato excludere, vt ſignifices Petrũ nihil aliud agere, quàm vt doceat; non dicitur Latinè, Petrus eſt ſolus docens, ſed eſt ſolùm docens, per aduerbium.

*A prædicato fit excluſio per aduerb. ſolùm.*

*2. Obiectio. Ægid. Richard. de hac, Pater eſt ſolus Deus.* *1. Reſponſ.*

Ægid. & Richard. in 1. d. 21. q. 4. in prædicatorũ ſyncathegorematis agnoſcũt, vt, Pater eſt ſolus Deꝰ, exponatur, Pater eſt Deus, & non eſt aliud niſi Deus: ſed hic modus loquendi non eſt Latinus, neq; congruus. Verum eſt, quòd aliquando ſumitur ſolus, quaſi

*2. Reſponſ. Solus aliquando copula implicationis. S. Thom.*

C copula implicationis: hoc autem modo erit pars prædicati, vt docet S. Thom. ar. 3. ad 2. vt enunciatum, Pater eſt ſolus Deus, exponamus, Pater eſt Deus, qui ſolus eſt Deus, ſed in exponente, ſolus ponitur in ſubiecto.

6.

*Aduert. Licèt non propriè, tamen verè dicitur, Pater eſt ſolus Deus.* *Idem.*

Sed aduertendũ eſt, quòd etſi nõ ſatis Latinè nomen, ſolus, cum prædicato copuletur; vera tamẽ eſt propoſitio, Pater eſt ſolus Deus; quia eſt Deus, à quo Deo nullus alius eſt Deus, & S. Tho. in ſolut. ad 2. nõ negat verè dici, ſed ait nõ propriè dici. Itaque dictio, ſolus, cũ nomine eſſentiali verè coniungitur, etſi non propriè; quæ eſt aſſertio confirmata à S.

*Idem art. 3. contra hoc ex loco S. Aug.*

D Tho. ar. 2. Contra obijcit S. Doctor ibidem verba S. Aug. 6. de Trinit. c. 9. *Conſiderãda eſt illa ſentẽtia, quâ dicitur non eſſe Patrẽ verum Deum ſolũ.* Reſpõdet. *Auguſt. autẽ cum dicit Patrẽ non eſſe ſolum Deũ, ſed Trinit. eſſe ſolum Deũ, loquitur expoſitiuè, ac ſi diceret, Cum dicitur Regi ſæculorũ inuiſibili ſoli Deo, non eſſe exponendum de perſona Patris, ſed de ſola Trinitate.*

*Reſpondet.*

*Hæc reſponſio expenditur.*

S. Auguſt. tamen eo loco non commentatur in illa verba, *Regi ſæculorum*, vt agat expoſitorem, cuius hæc ſunt verba, *Et quoniam oſten-*

 *dimus,*

*S. Auguſt. verba formalia*

*dimus, quomodò poſsit dici ſolus Pater, quia non niſi ipſe ibi Pater; conſideranda eſt illa ſententia, qua dicitur Deum verum ſolum, non eſſe Patrem ſolum, ſed Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.* Ibi etiam cernimus verba S. Auguſtini mutata eſſe apud S. Thom. neque enim dixit S. Auguſtin. Patrem non eſſe ſolum Deum, ſed ſolum Deum non eſſe ſolum Patrem, quæ propoſitio vera eſt in ſenſu conſueto, vt, ſolus, accipiatur ſyncathegorematicè, id eſt, ſolummodò; Deus enim non eſt duntaxat Pater, ſed eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sãctus.

Mutata ſunt apud *S. Tho.*
Vt habentur apud *S. Aug.* non aduerſantur.

Difficilius adhùc eſt quod ait S. Tho. ar. 4. ad 1. verba Chriſti Dñi Ioan. 17. *Vt cognoſcãt te ſolũ verum Deũ*, non intelligi de perſona Patris; ſed de ſola Trinitate, iuxta S. Auguſt. Nam Dominus ibi Patrem alloquebatur exorſus ab illis verbis antecedentibus, *Pater, venit hora, &c.* De quo Patre idem Chriſtus teſtatur eſſe ſolum verum Deum. Quemodò igitur S. Auguſt. expoſitiuè, vt ait S. Thom. affirmat Patrem non eſſe ſolum verum Deum?

*Idem ar. 4. locũ Ioan. 17 explicat.*
Hæc explicatio impugnatur.

8\.
Ad ea duo loca commẽtarius, ſolũ, accipi vt attributum.
*Iudit. 9 n. 19*
Quoad 1. locũ prout habetur apud *S. Thm.* hic comment. oſtenditur.

Dicendum igitur eſt, ſolum, accipi à Patribus in iſtis duobus locis, quaſi attributum Deitatis, vt ſolus Deus ſit Pater præter quem non eſt Deus, iuxta illud, *Et non eſt alius extra te.* Et S. Auguſt. ibi accipit ſolum categorematicè pro Deo, qui non habet Deum alium ſocium, vt verba ipſa indicant, ſicut Pater dicitur ſolus Pater, ex eo quòd non eſt ibi, ſcilicèt in Deitate, alius Pater. Hæretici verò hoc nomen, ſolum Deum accipiunt pro Patre, excludentes Filium, & Spiritum Sanctum; licèt ergo Pater ſit verus iſte Deus ſolus, tamen non eſt idem eſſe Patrem, & eſſe ſolum Deũ, vt impij hæretici aiunt, ſed ſolus Deus eſt ipſa Trinitas; & ita ait S. Thom. fuiſſe locutum S. Auguſt. ſed verba eius, quę retulimus, diuerſa ſunt, & non indigent commentario.

Non eſt idem eſſe Patrem, & eſſe ſolũ Deũ; contra hęreticos.

9\.
Ad impugn. explicationis ſolutio.
Declaratur diſtinctè.

Ad id verò, quod dicitur Chriſtũ Dominũ apud Ioannẽ cũ Patrẽ loquentem induci. Reſpondetur, ita eſſe; ſed adhùc verũ eſſe, quod Pater ſit ſolus ille Deus, qui Deus non eſt ſolus Pater, ſed eſt Trinitas; ſeparantur enim verba ſic, *Vt cognoſcant te, ſolum verum Deum*, id eſt, te qui es ſolus ille verus Deus; quod nomẽ ſolus Deus, non eſt nomen Patris, vt hęretici volunt, ſed continet Trinitatem.

9\.
*Regulę excluſiuarum.*
*1. Regula. Dictio excluſiua excludit cętera à re ſignificata per nomen cui coniungitur.*

Regulæ duę ſunt, ad quas ſunt omnes hæ enunciationes dirigendæ. Prima eſt, quòd dictio excludens, excludit à re ſignificata per nomen, cum quo dictio excludens cõiungitur, ſiue illud ſit ſubiectum, ſiue prædicatum, ſiue pars alterius; & ad iſtam regulam exponenda eſt veritas cuiuſcunque enunciationis.

10\.
*2. Regula. Si nomen cui hæret dictio excludens, ſignificat eſſẽtiã, in exponente refertur per aliud, ſi perſonã, per alium, vel aliam.*

Secunda regula eſt etiam notiſsima, Si nomen cum quo coniungitur dictio excludens ſignificat eſſentiam, explicãda eſt propoſitio per exponentem, in qua, aliud, ponatur in genere neutro ſubſtantiuè. Si verò nomen, cui hæret dictio excludens, ſignificet perſonam; declarãda eſt propoſitio per exponentem, in qua relatiuum, alius, ponatur adiectiuè in genere conueniente perſonę illi, quã refert ipſum relatiuum. Et ratio eſt perſpicua, quoniam dictio excluſiua, exponitur per relatiuum, aliud; hoc autem relatiuum refert ipſum, quod erat ſignificatum per nomen coniunctum dictioni excludenti, ſuccedit enim relatiuum dictioni excludenti; ergo ſi refert eſſentiam debet poni in genere neutro, ſi verò refert perſonam, in genere accommodato conſtruendum eſt; quod exemplis elucidatur. Si enim dicas, Pater eſt tantùm Deus; exponendum eſt, Pater eſt Deus, & non eſt aliud, niſi Deus. Si verò dicas, Pater eſt tantùm Pater; exponendum eſt, Pater eſt Pater, & non eſt aliùs quis, ſiue alia perſona, ſed duntaxàt eſt Pater: hæc enim eſt germana interpretatio. Et ita conſentiunt Doctores cum S. Thoma hoc loco.

*Ratio.*
*Succedit relatiuum dictioni excludenti.*
*Exempla.*

11\.
*Alia norma. Dictio excludens poteſt exponi per copulam implicationis.*
*Declaratur.*
*Exempl.*
*Expoſitio per exponentẽ implicatã in ſubiecto, vel prædicato, dura eſt.*

Alio modo poteſt dictio excludens declarari, vt propoſitio exponens non tranſeat vltra nomen, cui coniungitur; ſed ipſum nomen ſit prædicatum exponentis; quod aiunt exponi per copulam implicationis, hoc eſt, per exponentem, quæ implicatur in ſubiecto, aut prædicato, vt pars eius: verbi gratia, ſi dicas, Solus Pater eſt Deus, poteſt ita exponi, ſolus Pater, ſcilicèt is, qui eſt ſolus Pater, eſt Deus, quæ eſt vera. Et in illo ſubiecto, ſolus Pater, implicatur ſua exponens, cuius prædicatum eſt ipſe Pater, dicendo, is, qui ſolus eſt Pater; hoc enim totum eſt ſubiectum; ſed quoniam iſta interpretatio dura eſt, & inſueta, non cenſuimus inter regulas notiſsimas numerandam, de qua tamen re dicimus cap. ſequenti in notationibus.

12. Ex prima regula conſequitur dictionem excluſiuam poſſe copulari cuiuis nomini diuino, quod ſit proprium *Deitatis*, dummodò illud ſit ſubiectum propoſitionis affirmãtis: verbi gratia, ſolus Deus eſt ęternus, ſolus ęternus eſt Deus, ſolus Deus eſt omnipotens, ſolus omnipotens eſt Deus; in quibus omnibus dictio excludens copulatur cum ſubiecto.

Ex 1. reg. 1. Coroll. In excluſ. nomen propriũ Deitatis poteſt ſubijci. Exempla.

13. Quòd ſi nomen ſit commune Deo, & rebus creatis, poterit quidem ſubijci in propoſitione cum nota excluſiua, & nomen proprium Deitatis prædicari; vt ſolus bonus eſt Deus, ſolus bonus eſt omnipotens. Sed non poteſt prædicari nomen commune in propoſitione excluſiua, cum ſubijcitur nomen propriũ; vt ſolus Deus eſt bonus, ſolus omnipotens eſt bonus, nam & creaturæ bonæ ſunt.

2. Coroll. Nomen commune Deo, & creatis, poteſt ſubijci, &c. Exempl. Nõ poteſt prędicari, &c. Exempl.

14. Si autem dictio excludens coniungatur cum prædicato, hæ omnes propoſitiones falſæ ſunt, ſiue enim dicas, *Deus* eſt tantùm bonus, ſiue Deus eſt tantùm omnipotens, vtraq; falſa eſt, quia Deus neque tantùm omnipotens, ſed iuſtus etiam, & ſapiens, & miſericors eſt.

3. Coroll. Dictio, excludens, non poteſt coniungi cum prędicato communi, aut proprio.

15. Iſta autem conſequentia colliguntur ex prima regula, quòd dictio excludens excludit cætera à re ſignificatã per nomen, cui coniungitur: Deus itaque ſolus eſt omnipotens, quia nullus alius à Deo eſt omnipotens: & non eſt ſolus bonus, quia alia à Deo bona ſunt: ſolum autem bonum eſt Deus, quia nihil aliud à bono eſt Deus; & ita cætera expendentur.

Hæc coroll. oſtenduntur.

16. Ex regula autem ſecunda colligitur, dictionem excludentem non poſſe copulari nomini perſonali, quod ſit ſubiectum propoſitionis affirmãtis, ſi prædicatum ſit eſſentiale; poſſe tamẽ cõiungi cum eo ſubiecto indicante perſonam, ſi prædicatũ ſit perſonale: v.g. ſolus Pater eſt *Deus*, eſt falſa; ſolus Pater generat de diuina ſubſtantia, eſt vera. Si verò ſubiectum ſit nomen eſſentiale, prædicatum verò ſit perſonale, poteſt confici vera affirmatio, ſubiecto affecto nota excluſiua: verbi gratia, ſolus Deus eſt Pater æternus, ſolus Deus generat ex diuina ſubſtantia. Iſta autem conſequentia colliguntur ex regula ſecunda, quia cũ nomẽ cohærens dictioni excluſiuæ eſt perſonale, declaratur per exponentẽ, cuius relatiuum refero perſonã hoc modo, ſolus Pater eſt Deus; ergo nullus alius à

Ex 2. reg. 1. Coroll. de ſubiecto quod ſit nomen perſonale. 2. Coroll. de ſubiecto quod ſit nomen eſſentiale. 1. Coroll. oſtẽditur quoad 1.

A Patre eſt Deus; quæ eſt hęretica, cum Filius ſit alius à Patre, & ſit Deus: iſta autem, ſolus Pater generat de diuina ſubſtãtia, eſt vera, quia nullus alius generat de diuina ſubſtantia. Itaque in his propoſitionibus exponentibus, relatiuũ ponitur in genere maſculino, quia refert nomen perſonale, vt explicatũ eſt. Cum verò dicimus, ſolus Deus eſt Pater æternus, exponendũ eſt per relatiuũ neutrũ; quia Deus eſt nomẽ eſſentiale, hoc modo, nihil aliud à Deo eſt Pater æternus, quæ etiã vera eſt. Ambigitur quoque de veritate iſtius propoſitionis, ſola Trinitas eſt Deus: Pater enim non eſt Trinitas, & eſt Deus; ergo non ſola Trinitas

Quoad 2. p. 2. Coroll. oſtenditur. Dub. de hac, Sola Trinitas eſt Deus. Ratio dub.

B eſt Deus. Nihilominùs dicẽdum eſt eſſe veriſſimam: excluditur enim omnis alia perſona à Trinitate, hoc eſt, quæ Trinitate non cõtineatur. Nam alius à Trinitate hoc ſignificat, quod numero ternario non claudatur; & ita Pater non eſt alius à Trinitate, quãuis ipſe nõ ſit Trinitas. Abſolutè ergo verum eſt, quòd ſola Trinitas eſt Deus. Quæ propoſitio firmatur auctoritate Conc. Later. c. *Damnamus*; quod enim in Deo eſt, Deus eſt.

Reſolutio, eſſe veram. Probatur. Pater non eſt alius à Trinitate. *Conc. Later.*

17. Ponderandæ etiã ſunt iſtæ enũciationes Spiritus Sanctus tantùm procedit, Spirator tantùm eſt Pater, Pater tantùm

In hac, Sp. Sãctus tantũ procedit, dictio excluſ diſtinguẽda eſt.

C eſt ſpirator, Deus tantum generat. Nam illa, Spiritus Sanctus tantùm procedit, diſtinguenda eſt: ſi enim, tantùm, coniungatur cum ſubiecto, eſt falſa, neque enim ſolus Spiritus Sanctus procedit, ſed etiã Filius. Si verò coniũgatur cũ prædicato eſt vera, quia Spiritus Sanctus non producit, ſed tantùm procedit. Illa alia, Spirator tantùm eſt Pater, diſtinguenda eſt: nam ſi, tantùm, cõiungatur cum prędicato falſa eſt; nam ſpirator nõ eſt tantùm Pater, ſed eſt Pater, & Filius: ſi verò, tantùm, coniungatur ſubiecto, vera eſt, quia nullus alius ab ſpiratore eſt Pater; falſa

Item in hac, Spirator tantũ eſt Pater.

D autem eſt, Tantùm Pater eſt ſpirator, quia etiam Filius eſt ſpirator; & falſa eſt, Pater eſt tantùm ſpirator, quia etiam eſt genitor, aut Pater eſt tantùm genitor, quia etiam eſt ſpirator. Et hæc falſa eſt, Deus tantùm generat, vel Deus tantùm eſt Pater, quia Deus etiam ſpirat; & Deus etiam eſt Filius: & ita in re obſcura perſpicaciter circa ſingula cauendum eſt.

Hæ falſæ. Tantùm Pater eſt ſpirator. Pater eſt tantùm ſpirator: Eſt tantùm genitor. Deus tantùm generat: Tantùm eſt Pater.

18. S. Thom. in 1. d. 21. q. 1. ar. 1. ad finem exponit iſtam propoſitionẽ, Solus Deus eſt Pater (quod aduertendum eſt) duo-

*Ex S. Thom.* in hac, Solus Deus eſt Pater. prædicatũ diſting.

bus modis; ſi enim Pater ſit nomen perſonæ, vera eſt propoſitio excluſiua: ſi verò ſit nomen relationis, falſa eſt. Nam & alij à Deo ſunt Patres. Nos, vt caueremus dubium ſenſum, adiecimus, Solus Deus eſt Pater æternus, Solus Pater generat de diuina ſubſtantia. His enim adiectis veræ efficiuntur propoſitiones.

Dubius ſenſus vitatur, vt n. 16.

19. *Idem in* 1. tuetur hanc, Trinitas eſt ſolus Deus. *Idem* 1. *p.* meliùs eam negat, vt n.5. niſi ſolus accipiatur vt copula implicationis, vt n.6. & 11. Eadē propoſ. poteſt etiā explicari, vt alia n.5 ad 1. obiectionem.

Præterea diſt. eadem q.2. conatur defendere Trinitatem eſſe ſolum Deum, vt, ſolus, ſit dictio excluſiua prædicato connexa. Meliùs ergo 1.p.q.31. art.3. ad 2. certiſsimè docet adiectiuum, ſolus, vt eſt dictio excludēs, non coniungi cum prædicato; & ita negat, quòd Trinitas ſit ſolus Deus, niſi ſolus accipiatur, quatenùs indicat copulam implicationis; ſcilicèt Trinitas eſt, quę ſola Deus eſt, vbi in copula implicationis dictio, ſola, eſt pars ſubiecti. Poteſt etiam aliter declarari iſta propoſitio, Trinitas eſt ſolus Deus, vt in ſenſu verborum dictio, ſolus, non excludat à prædicato, ſed à ſubiecto, hoc modo, Trinitas eſt ſolus Deus, quia nulla alia perſona eſt Deus; ſicut ſuprà explicauimus iſtam, Petrus eſt ſolus ſcribens, quia nullus alius à Petro ſcribit: in quibus dictio excludens, etſi ordine verborum coniungatur cum prædicato; ſenſu tamen, & ſignificatione, hæret ſubiecto. Optimè autem interpretatur S. Thom. ibidem verba S. Auguſt. 6. de Trinit. cap. 9. vbi ait Trinitatem eſſe ſolum Deū: id enim dixit S. Auguſt. exponendo verba Apoſtoli, *Soli Deo honor, & gloria.* non ſolus Pater Deus, non ſolus Filius Deus, ſed Trinitas eſt ſolus Deus. Quare non loquitur S. Auguſt. affirmando, ſed exponendo; quaſi dicat Auguſtinum non ponere illud complexum, ſolus Deus, pro prędicato; ſed oſtendere, quòd apud Apoſtolum, cum dicitur, *Soli Deo honor,* nomen illud, *Soli Deo*, non accipitur pro vna perſona, vel alia, ſed pro tribus, ſiue pro Trinitate, quod exponendo dixit S. Auguſtin. quia Trinitas eſt ſolus Deus. At verò in verbis Apoſtoli, non ponitur in recto, ſolus Deus; ſed in obliquo, ſoli Deo; quo pacto diximus à parte prædicati poſſe inueniri nomen, ſolus, excluſiuè.

*Idem* interpretatur *S. Auguſt.* vtentē ea propoſitione, ſcil. non affirmando, ſed exponendo locum Apoſtoli.

Declaratur interpretatio.

Adnot. In verbis Apoſtoli ſeruatur documentum n.5.

20. Ex dictis 1. Confect. Propriè ea propoſitio, & ſimiles negādæ, vt n.5.

Itaque in forma loquendi ſcita, & recta, neque Trinitas eſt ſolus Deus, neq; Pater eſt ſolus Deus, neque adiectiuum, ſolus, in ſenſu excluſiuo componitur cū prædicato; ſed ſyncathegorematis, ſiue aduerbijs vtendum, Trinitas eſt tantùm Deus, Pater eſt tantùm Deus, quæ etiam vera eſt, quia nihil aliud eſt Pater, aut Trinitas niſi Deus.

21. 2. Confect. ex 2 regula, Hæc eſt falſa, Chriſtus eſt tantùm Deus. Licèt non ſit aliud, & aliud, eſt aliud à Deo quatenùs homo.

Et hæc eſt falſa, Chriſtus eſt tantùm Deus, iuxta regulam ſecundam; exponenda enim eſt per relatiuum neutrum, Chriſtus non eſt aliud à Deo: licèt enim Chriſtus non ſit aliud, & aliud, quia eſt vnum ens; eſt tamen aliud à Deo, quatenùs homo, quia non ſignificatur, quòd ſit alia perſona, ſed quòd habeat aliam naturam à diuina. Et ita omnes concedunt quòd Chriſtus non eſt tantùm Deus, neque tantùm homo, ſed Deus, & homo; Pater autem eſt tantùm Deus.

22. Similes regulæ exceptiuarū.

Deniqꝫ propoſitiones exceptiuæ, vt aiunt, quæ habent dictionē excipientē, præter, aut niſi, ad eaſdem regulas reuocandæ ſunt; ſcilicèt vt intelligamus excipi rem ſignificatam per nomen, cui dictio excipiens coniungitur, iuxta primam regulam. (1. Reg.) Et vt intelligatur excipi perſona, cū illud nomē eſt perſonale; & excipi natura, cum nomen eſt eſſentiale. (2. Reg.) Quare hęc eſt vera, Præter Deum nullus creat; explicanda eſt, Deo excepto, nihil aliud creat: & non eſt ſenſus, quòd nulla perſona creet, niſi Deus, ſed quòd nulla natura alia creet, niſi Deus: & hæc etiam eſt vera, Præter Patrem æternum nullus generat de diuina ſubſtantia; & non eſt ſenſus, quòd Deus non generet, ſed quòd nulla alia perſona generat. (Exempla.)

23. Dub. de hac, Pater eſt Deus præter quē non eſt alius. *Ex S. Thom.* diſtinguenda eſt dictio excipiens, præter quem.

Sed eſt dubium de hac enunciatione, Pater eſt Deus, præter quē non eſt alius; quam S. Thom. in 1.d.21.q.2.ar.2.ad 3. affirmat eſſe ambiguam, & diſtinguendam. Eſtque imprimis diſtinguenda illa dictio excipiens, præter quem; ſi enim relatiuum, qui, referat perſonam, dictio excipiens, præter, excipit perſonam, & eſt falſa propoſitio; ſignificatur enim quòd Pater ſit Deus, & præter Patrem nulla alia perſona ſit Deus: ſi verò referat relatiuum, qui, non Patrem, ſed Deum, dictio excipiens ipſam eſſentiam diuinam excipit, eſtque ſenſus, Pater eſt Deus, præter quem Deum non eſt Deus alius; ſed tamen de his hactenùs.

## *Confirmatio.*

24. Pro tit. contra hæreticos.

SVmma huius cap. hæc eſt, vt Catholicè affirmemus, non ſolum Patrem eſſe

S. Hilar.

eſſe Deum. Hæretici enim, vt refert S. Hilar. lib. 11. de Trinit. ſolum Patrem dicebant eſſe Deum, vt Filium excluderent à Deitatis conſortio. Negat igitur S. Hilarius eodem loco ſolum Patrem eſſe Deum, *Cum, inquit, adijciunt ad ſupereminentiam laudis, ſolum bonum, ſolum potentem, ſolum immortalẽ; quis non hanc laudationis religionem intelligat eò intendere, vt Dominus Ieſus Chriſtus extra hanc corporationis beatitudinem, quæ ſoli Deo per exceptionem ſolius deferatur, ad honorem manens ipſe, & mortalis, & infirmus, & malus ſit, dum in his Pater ſolus eſt?*

A

Elucidatur.

B

Dicit autem S. Hilarius corporationẽ, coagmentatam orationem ex multis laudibus, quæ dum ſoli Patri defertur, Chriſtus excluditur; & non eſt bonus, neque immortalis, neque potens, ſi ſolus Pater in his eſt, hoc eſt, de his laudatur. Negandum igitur eſt ſolum Patrem eſſe *Deum*, cum ſenſus ſit, quòd Filius non ſit Deus, ſi ſolus Pater eſt *Deus*.

S. Auguſt.

Idem confirmat S. Auguſt. 5. de Trinit. cap. 8. *Nõ, inquit, de Patre ſolo, ſicut illi peruerſè ſentiunt, ſed de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto ſcriptũ eſt, Tu es Deus ſolus.* Quibus in verbis apertè negat ſolum Patrem eſſe Deum: neque verò ait Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum eſſe ſolum Deum; cum adiectiuũ, ſolus, non ponatur in prædicato; vt diximus; ſed ait ſermonem non eſſe de Patre, ſed de omnibus ſimul perſonis, cum ſcilicèt de ipſo Deo dicitur, *Tu es Deus ſolus:* nam in ſenſu verborum intelligitur, *Tu ſolus es Deus.* Quo eodem modo interpretatur illud Luc. 18. *Nemo bonus, niſi ſolus Deus.* At verò lib. 6. cap. 7. dicit, Trinitatem eſſe Deum ſolum, non in ſenſu excluſiuo, ſed in ſenſu alio, vt ſolum ſignificet ſolitudinem, quia non eſt alius Deus eiuſdem naturæ, cum quo Trinitas Deus habeat conſortium; quo etiam pacto ait, ſolum eſſe Patrem, quia nullus alius eſt Pater, & ſolum Filium, quia non eſt alius Filius in Beatiſsima Trinitate. Et S. Ambroſ. libr. 3. de fide, cap. 2. ſimiliter inquit, *Accipe nunc & ſolum Patrem, & ſolum Filium; ſolus Pater, quòd alius Pater non eſt; ſolus Filius, quòd alius Filius non eſt; ſolus Deus, quòd vna diuinitas Trinitatis eſt.* Hoc tamen non poteſt dici, niſi ſimul explicando dictum, vt faciunt S. Ambroſius, & S. Auguſtinus; quoniã ſimpliciter loquendo, Pater non eſt ſolus, cum ſit ei Filius conſors eiuſdem naturæ, vt ipſe S. *Auguſtinus* docet in Ioan. tract. 36. & alijs locis ſuprà commemoratis.

Explicatio ꝑ illa, Trinitas eſt ſolus Deus

Refutatur ex n. 5.

C

Idem.

Luc. 18.

Idem dicẽs Trinitatem eſſe Deum ſolũ.

Explicatur non in ſenſu excluſiuo, ſed ſignificante ſolitudinem.

D

Similiter S. *Ambroſ.* dicit ſolum Patrem, ſimul explicando dictũ

S. *Auguſt.*

Idem teſtatur epiſtola ad Maximum apertiſsimis verbis, ad illa verba, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Proculdubio, inquit, Dominus Deus noſter, cui ſoli per latriam ſeruire debemus, non eſt Pater ſolus, nec Filius ſolus, neque ſolus Spiritus Sanctus, ſed ipſa Trinitas vnus Deus ſolus.* Et idem docet epiſtola 174. ad Paſcentium, & contra Maximum Arianum libr. 2. cap. 4. & frequenter alijs in locis.

*Idem* locũ *Mat.* 4. explicans.

*Idem.*

De eadem re diſſerit D. Albin. Alcuin. lib. 2. de Trinit. cap. 18.

*D. Albin. Alcuin.*

25.

*S. Thom.*

Meritò igitur S. Thom. iuxta dialectica præſcripta, negat iſtam propoſitionem, Solus Pater eſt Deus, quæ & hæreticis fauet, & ſanè dialectica vſurpatione expoſita, hæretica eſt: & cum S. Thoma ſcholaſtici concordant. Quòd ſi loquendi forma diuerſa in Patribus inueniatur, non eſt vſitanda, ſed exponenda, quod cap. ſequenti præſtabimus.

## CAPVT XXX.

### *Argumenta refelluntur.*

1.

1. Arg. contra doctr. *S. Hil* de quā cap. 29. n. 1.

COntra ea quæ dicta ſunt, arguitur: & primò contra illud, quòd ſolus, vt ſignificat ſolitudinem, non dicatur de Deo. Id quod eſt vnum, eſt ſolum; quod enim non eſt ſolum, eſt aliud, & aliud: ſed Deus eſt vnus, & non eſt Deus alius cum eo; ergo eſt ſolus abſque conſortio.

2.

2. Arg. contra documẽt. cap. 29. n. 5. ex *Pſalm.* 85.

Secundò arguitur contra illud, quod conſtitutum eſt, adiectiuum, ſolus, non coniungi cum prædicato. Dicitur enim in Pſalmo, *Tu es Deus ſolus.* Quo in loco adiectiuum, ſolus, cum prædicato copulatur: & in illo loco, *Vt cognoſcant te ſolum verum Deum*, idem adiectiuum ponitur cum prædicato.

*Ioan.* 17.

3.

3. Arg. contra 2. regul. excluſiuarum, ex *Ioan.* 17.

Tertiò contra regulam ſecũdam excluſiuarũ arguitur ex verbis Christi Domini recitatis, *Vt, inquit, cognoſcant te ſolum verum Deum:* alloquebatur autẽ Dominus Patrem æternum; ergo Pater eſt ſolus verus Deus: quę ſic exponenda eſt, nullus alius à Patre eſt verus Deus; ergo Filius qui eſt alius à Patre, non eſt verus

Confirm. ex *S. Ignat.* verus Deus. Et idem confirmatur verbis S. Ignatij epiſtol. ad Magneſianos, *Vnum & ſolum verum Patrem ſuum enunciauit*. Et in eadem epiſtola inducit Chriſtum Dominum loquentem, *Noui vnum, ſcio ſolum, non ſum Deo aduerſus, confiteor excellentiam.* (*Idem.*) Quibus verbis ſignificatur, quòd ſolus Pater ſit Deus. Et in epiſtola ad Epheſios, (*Idem.*) *Medicus*, inquit, *noſter eſt ſolus verus Deus ingenitus*: ingenitum autem Patrem dicit; ergo dicit Patrem ſolum Deum verum. Et S. Cyrill. lib. 4. Theſauri, cap. 2. (*S. Cyrill.*) *Solus*, inquit, *Filius viuificare poteſt.* Ergo hæ enunciationes veræ ſunt, ſolus Pater eſt Deus, ſolus Filius viuificat. Et idem videtur ſentire S. Ioan. Damaſc. (*S. Damaſc.*) lib. 1. fid. Ortho. cap. 6. vbi ait, *Ipſe vnus, & ſolus Deus, non ſine Verbo eſt.* Vbi nomine vnius, & ſolius Dei, Patrem intelligit, qui ſine Verbo non eſt.

4\. 4. Arg. ex loco *Matth.* 11. *n.* 27. Quartò, idem probatur ex verbis Domini, *Nemo nouit Filium, niſi Pater*, vbi dictio, *niſi*, excipit perſonam; ergo nulla alia perſona nouit Filium, niſi Pater; ergo Spiritus Sanctus non nouit Filium, quod eſt hæreticum.

5\. 5. Arg. Quintò probatur, quòd hæc ſit vera, Solus Pater creat: nam ſolus Deus creat; ſed Pater eſt ſolus Deus; ergo ſolus Pater creat.

6\. 6. Arg. Sextò probatur, quòd ſolus Pater eſt Deus per ſimplicem cõuerſionem, quia ſolus Deus eſt Pater; ergo ſolus Pater eſt Deus.

7\. 7. Arg. Septimò probatur, quòd iſta propoſitio, ſolus Pater eſt Deus, ſit ſimpliciter concedenda. Nam dictio excludens, nõ excludit ea, quæ concomitantur, vt cum dicitur ſolus Pater eſſe albus, nõ excluditur manus, quin etiam eius manus ſit alba; ſed perſonæ diuinæ ſunt eiuſdẽ naturæ maiori coniunctione, quàm manus cum corpore coniungatur; ergo etſi dicamus ſolum Patrem Deum, non excludimus Filium, aut Spiritum Sanctum, & ita erit concedenda propoſitio. Et confirmatur, (Confirm. *S. Thom.*) quia S. Thom. 1. p. q. 31. art. 2. ad 1. ait, veram eſſe propoſitionem, Spiritus Sanctus à ſolo Patre procedit, quia non excluditur Filius; ergo verum etiam erit pronũciatum, ſolus Pater eſt Deus, non excluſis Filio, & Spiritu Sancto.

8\. Vlt. arg. Vltimò antecedens non excludit cõſequens, vt homo non excludit animal; ſed Filius eſt conſequens ad Patrem, vt ait S. Ambroſ. d. 9. apud Magiſtrum; (*S. Ambr.*) ergo per hoc, quòd dicitur ſolus Pater Deus, Filius non excluditur, & erit vera propoſitio.

*Aduertenda.*

9\. 1. Aduert. Ad illam, ſolus Pater eſt Deus. 1. Comment. contra reg. exclusiuarum, ſolus, licet coniungatur cum perſona, excludat naturas. AD interpretandas Patrum ſententias, duplex commentarius poteſt afferri, quorum alterutro ſit vera propoſitio, ſolus Pater eſt Deus. Primus eſt, quòd dictio, ſolus, etſi coniungatur cum perſona, non excludat perſonas, ſed naturas diuerſas, vt in propoſitione exponente relatiuum, aliud, non maſculino genere, ſed neutro vſurpetur. Et ita explicandum erit, ſolus Pater eſt Deus, nihil aliud à Patre eſt Deus; aliud enim refert in genere neutro ſubſtantiam diuerſam, vt ſuprà diximus; nulla autem ſubſtantia, ſiue eſſentia diuerſa à Patre eſt Deus. Alius commentarius eſt, vt dictio excludens, ſolus, non excludat perſonas conſortes eiuſdem naturæ indiuiduæ. (2. Comment. ſeruans reg. vt, ſolus, non excludat perſonas conſortes eiuſdem naturæ indiuiduæ.) Nam etſi perſonæ eiuſdem ſpeciei ſemper excludantur, vt cum dicitur, ſolus Petrus ſcribit, excluduntur cæteri homines; tamen in vnitate eiuſdem naturæ, ratio aliqua perſuadet, non excludi perſonas, vt in argumento probauimus. Et quidem vulgari conſuetudine loquendi ſolent non excludi perſonæ eiuſdem ſpeciei, quæ ſunt aliqua ratione coniunctæ; (Vulgaris loquutio non excludit perſonas eiuſdem ſpeciei, quæ ſunt aliqua ratione coniunctæ.) vt ſiquis dicat ſolum regẽ in bonis fortunæ fælicem, non excludit reginam, & liberos ab illa regia fælicitate. Multò ergo minùs excluduntur diuinæ perſonę ab vnius, aut alterius perſonæ conſortio in natura eadem. Quod confirmatur doctrinâ S. Cyrill. libr. 4. (*S. Cyrill.*) Theſauri, cap. 2. vbi cum dixiſſet, *Solus Filius viuificat; Solum autẽ Filium, ita dico*, inquit, *vt ſimiliter Patrẽ, & Spiritũ Sanctũ viuificare nemo ambigere debeat.* Et idem ſentit S. Ambroſ. lib. 3. de (*S. Ambroſ.*) fide, cap. 2. *Non* (inquit) *ſeparent Filiũ, cum legunt, ſolum Deum; nec Patrem ſeparent, cum legunt Filium ſolum: in terris Filius ſine Patre non eſt, vt putas quòd Pater ſine Filio ſit in cœlo?*

Sed obſeruandum eſt enunciationẽ, Solus Pater eſt Deus, ſimpliciter & abſolutè eſſe negandam, & neutram interpretationem eſſe verbis conuenientem, iuxta dialectica præſcripta, vt cap. præcedente docuimus, vbi auctoritate Patrum confirmauimus falſam eſſe abſolutè iſtam propoſitionem, Solus Pater eſt Deus; 10. Illa propoſitio ſimpliciter neganda, vt cap. 29. n. 24.

Deus; quare poterit quidem explicari vno, aut altero commentario, ſi in ſcriptis Sanctorum Patrum inueniatur, vt S. Thom. docet, ſed vſurpari non debet: & hæc eſt ſententia S. Thomæ, q. 31. art. 4. ad 3.

*S.Thom.*

11. Nuſquam legitur inſ. pag. 1. Obiectio.

Sed obſeruãdum eſt, quòd nuſquam legitur in ſacris literis, quòd ſolus Pater ſit Deus. Verũ eſt, quòd cum Deus loquitur, *Ego Deus, & non alius*, interpretantur S. Doctores Patrem eſſe, qui loquitur; ſicut in illo loco 1. ad Timoth. 6. *Quem*, ſcilicet Chriſtum, *ſuis temporibus oſtendit, beatus, & ſolus potens, Rex regum, & Dominus dominantiũ qui ſolus habet immortalitatem.* Sed licèt in his locis nomẽ, Deus, ſupponatur pro Patre; tamen dictio excludens, iuxta regulas dialecticas, quia coniungitur nomini eſſentiali, non excludit perſonã ſed eſſentiam. Verũ eſt enim quòd non eſt *Deus* alius. Et cum Eccleſia dixit ad Filium, *Tu ſolus altiſsimus*; adiecit, *cũ ſancto ſpiritu in gloria Dei Patris*, vt obſeruat S. Thom. Nuſquam igitur aſſerendum eſt, quòd ſolus Pater ſit *Deus*, aut ſolus Filius ſit *Deus*.

*1.Timoth.* — Occurritur ex 1. regula c. 29. n. 10. — 2. Obiectio. — *Eccleſia.* — Occurritur ex eadem.

12. 1. Aduert. circa normam de qua cap. 29. num. 11.

Præterea aduertendum eſt, quòd cũ dictio, ſolus, exponitur per copulam implicationis, vt non tranſeat ſubiectum, aut prædicatum, quocum coniungitur, debet nomẽ ipſũ repeti, vt minùs dura, & facilior ſit elocutio, hoc modo, Solus Pater eſt Deus; Pater, qui ſolus *P*ater eſt, eſt Deus: *P*ater eſt ſolus Deus; hoc modo, Pater eſt *D*eus, qui ſolus Deus eſt Deus. Quòd ſi ita exponas veriſsima eſt propoſitio. Nam in copula implicationis, quæ eſt in prædicato, relatiuum, qui refert ipſum prædicatum; & ita dum dico, Pater eſt Deus, qui ſolus eſt Deus, relatiuum, qui, refert Deum, & ita efficitur vera propoſitio, quia nullus alius à Deo eſt Deus. Quo pacto poſſumus explicare dictum Chriſti Domini, vt cognoſcãt te Deum, qui ſolus verus Deus es, ſcilicèt, qui Deus ſolus verus Deus es. Ita ſentit Alex. Alenſ. 1. p. q. 65. memb. 3. art. 3. & 4. 60. m. 3. art. 2. Ægid. & Richard. in 1. d. 21. q. 4. & S. Thom. q. 3. art. 3. ad 2.

Exemplum. — Si iuxta eã illa propoſ. exponatur, vera eſt. — Oſtenditur — Sic poteſt exponi locus Ioan. 17. — *Alenſ. Ægidius. Richard. S.Thom.*

13. 2. Aduert. Propoſitio excluſ. declaratur per duas exponentes.

Poſtremò notandũ eſt cum S. Thom. d. 21. q. 1. art. 1. ad 2. quòd propoſitio excluſiua declaratur per duas exponẽtes, quarum prima eſt affirmans, & ſecunda negans. Verbi gratia, tantùm homo eſt riſibilis, declaratur per duas propoſitiones hoc modo, Homo eſt riſibilis, & nihil aliud ab homine eſt riſibile. Et in affirmante quidem poteſt fieri deſcenſus, hic homo, vel hic homo eſt riſibilis: in negante autem ſub iſto nomine, homo, non fit deſcenſus, quia ſupponitur immobiliter; & ratio eſt, quoniam dictio, quæ excludit ab homine, minùs excludit, quàm quæ excludit ab iſto homine; ab homine enim excluduntur cætera quæ non ſunt homo; ab iſto verò homine etiam alij homines excluduntur. Non igitur valet conſequentia, Nihil aliud ab homine eſt riſibile; ergo nullus alius ab iſto homine eſt riſibilis, eſt enim argumẽtum à minori negatione ad ampliorem, vt Nullus leo eſt riſibilis; ergo nullum animal eſt riſibile: & quia prædicatum eſt aliquando vniuerſalius, quàm ſubiectum, non valet conuerſionis conſequentia, Solum animal eſt homo; ergo ſolus homo eſt animal. Valet autem ſi ſubiectum, & prædicatũ recurrant, vt, Solus homo eſt riſibilis; ergo ſolum riſibile eſt homo. Quoniam igitur Deus eſt nomen ſuppoſitione commune, quod complectitur plures perſonas, non valet conſequentia, Solus Deus eſt Pater; ergo ſolus Pater eſt Deus: valet autem ſi ſubiectum, & prædicatum conuertantur, vt Solus Pater generat, ergo ſolus generãs eſt Pater; Solus Deus eſt omnipotẽs, ergo ſolus omnipotẽs eſt Deus: quæ ſũt conſequentiæ veræ propter materiam in quam incidunt, quia ſcilicèt ſubiectum, & prędicatum conuertuntur; ſed non ſunt formales conſequentiæ, quæ valent in omni materia.

1. affirmantem 2. negantẽ. — Exemplum — In affirm. fit deſcẽs', in neg. non ita. — Ratio. — Quia prædicatũ eſt aliquãdo vniuerſalius, quã ſubiectũ, non valet conuerſionis conſequentia. — Valet, ſi ſubiectũ & prædicatum conuertantur. — Tũc eſt conſeq. materialis, non formalis.

### *Reſponſio.*

15. Ad 1 arg. Hęc vera, Deus eſt ſolus ſed ab ea cauẽdum.

AD primum argumentum reſpondetur concedendo, quòd Deus eſt ſolus, quia nõ ſũt plures dij Deitatis cõſortes, vt docet S. Thom. Sed cauẽdum duntaxat eſt, auctore S. Hilario, ab iſtis verbis, nequis intelligat negari conſortium perſonarum.

15. Ad 2. arg. Locus ille *Pſam. 81.* exponitur. vt cap. 29. n. 5. in 1. obiect.

*Ad* ſecundum reſpondetur dictionẽ, ſolus, in prædicato duobus modis poſſe exponi: vel vt in ſenſu verborum intelligatur ſubiecto coniuncta; & ita declarandũ erit, Tu es Deus ſolus, Tu ſolus es Deus: vel vt exponatur cum prædicato per copulam implicationis hoc

Exponitur 1. vt ibid. in 2. obiect. & n. 11. Sic locus Ioan. 17. 16.

modo dictio, ſolus, cùm ſubiecto coniungitur, vel cũ ſubiecto principali propoſitionis; vel cum ſubiecto copulæ implicationis, quæ ſubeſt in ſenſu verborũ. Et ſimiliter poteſt intelligi illud, *Vt cognoſcant te ſolum verum Deum*, vt ſtatim dicemus.

Ad 3. arg. Ad locum *Ioan. 17.*

1. Expoſitio, vt dictio, ſolus coniungatur cũ ſubiecto, & Chriſtus alloquatur Patrẽ.

2. Expoſitio priorẽ eluci dãs iuxta duos commẽtarios traditos in 1. aduert. n. 9.

Ad tertium reſpondetur, quòd illa verba Chriſti Domini poſſunt intelligi duobus modis: vnus eſt, vt dictio, ſolus, coniungatur cum ſubiecto, & erit ſenſus, Vt cognoſcant te Patrem qui ſolus es verus Deus: & ita erit explicãda propoſitio, quòd ſcilicèt Filius, & Spiritus Sanctus nõ excludantur à deitate, iuxta duos commentarios, quos tradidimus; vel quòd non ſeruetur regula dialectica, vt exponens propoſitio habeat relatiuum in maſculino genere, ſed in neutro, hoc modo, Tu ſolus es verus Deus, & nihil aliud, ſcilicèt, nulla alia ſubſtantia eſt verus Deus; vel etiam ſeruatâ regulâ dialecticâ, ſi exponatur, nullus alius eſt verus Deus, adhùc non excluduntur diuinæ perſonæ, eò quòd ſint in vnitate naturæ coniunctæ. Quæ explicatio videtur placuiſſe S. Cyrillo, & S. Ambroſio, vt retulimus; & eadem videtur ſententia S. Greg. Nazianz. orat. 4. de Theolog. Et S. Athanaſ. ſermone 4. contra Arianos. S. Baſilij lib. 4. contra Eunomium: & iterum S. Cyrill. lib. 10. Theſauri cap. 6. ac S. Ioan. Chriſoſt. homil. 22. in Matth. & S. Hil. lib. 11. Omnes hi Patres cenſent non excludi diuinas perſonas, ſed Deos alienos. Alia interpretatio eſt per figuram locutionis, verbis interiectis, *Vt cognoſcant te, & quem miſiſti IESVM Chriſtum, ſolum verum Deum*, vt non ſolùm de Patre, ſed de ſe ipſo, & de Spiritu Sancto loquatur. Quæ expoſitio placuit S. Auguſtino, tract. 105. in Ioan. & refert inter ſententias S. Proſperi, num. 371. & eo modo commentatur S. Auguſt. lib. 6. de Trinit. cap. 9. Et iſtas tres expoſitiones tangit inſinuando S. Thom. art. 4. ad 3. vbi ait, ſecundum S. Auguſtinum, Chriſtum loquutum eſſe de Trinitate ipſa, quòd ſit ſolus Deus, vel quòd non excludâtur perſonæ propter vnitatem naturæ, vel quòd dictio excludens excludat aliud neutro genere, non alium. Quarta expoſitio eſt non cõtemnenda, quæ per copulam implicationis declaratur, vt diximus, prædicato repetito, vt cognoſcant te Deum, qui ſolus es verus Deus.

*S. Cyrill. S. Ambroſ. S. Nazianz. S. Athan. S. Baſil. S. Cyrill. S. Chriſoſt. S. Hilar.*

2. Expoſitio, per figurã, vt non ſolùm de Patre, ſed de ſe ipſo, & Sp. Sãcto loquatur. *S. Auguſt. S. Proſp.*

*S. Auguſt.* *S. Thom.*

4. Expoſitio, per copulam implicationis vt n. 12. & cap. 29. n. 5. in fine, & num. 11

A

Et videtur Chriſtus Dominus alluſiſſe verbis Pſalmi, *Tu es Deus Solus*, quæ verba eodem modo exponũtur. Vt igitur ſignificaret Patrem non eſſe Deum fictum, aut ab hominibus aſcitũ, inquit, *vt cognoſcant te ſolum verum Deum*, hoc eſt, vt cognoſcant te eſſe Deum, qui ſolus verus Deus es, qui modus loquendi in notationibus declaratus eſt. Vide Tolet. in Ioan. cap. 107. Aliam interpretationem inſerit S. Cyrill. 4. lib. Theſaur. cap. 2. quòd ſolus Pater habeat Deitatem, quia ſolus habet illam à ſe, non ab alio: quo ſenſu poſſet dici, ſolus Deus à ſe; Filius autem eſt Deus de Deo. Sed iſta explicatio non quadrat verbis.

*Pſalm.* 85.

*Tolet.* 5. Expoſitio *S. Cyrill.*

B

Non quadrat verbis.

17. Ad 4. argum. reſpondet *S. Ambr.* opponẽdo aliũ locum. *1. Cor. 2.*

Ad quartum reſpondet S. Ambroſius lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 12. opponẽdo alium locum 1. Corinth. 2. *Quæ ſunt Dei nemo cognouit, niſi Spiritus Dei*. Sicut igitur hoc loco non excluditur Pater & Filius, qui etiam cognoſcunt, quæ ſunt Dei; ita neque illo loco excluditur Spiritus Sanctus. Dicendum igitur eſt non excludi perſonas, quia ſunt vnitate naturæ coniunctæ. Quòd ſi licet nouam interpretationem afferre, videtur ſanè Chriſtus Dominus more noſtro loquutus, ſub illo nomine, *nemo*, intellexiſſe nullam creaturam, quia cum hominibus loquebatur, vel etiam coram *Angelis*, quorum omnium nemo nouit, quæ ſunt Patris; & eſt facilis ſenſus: vel etiã intelligit, neminem, hoc eſt, nullum hominem, iuxta nominis ethymologiam; & hoc ratione eadem de *Angelis* intelligendum. Quod autem obijcit S. Th. ad 2. ſi de nullo homine Chriſtus loqueretur, non fuiſſe excepturum Patrẽ, qui non eſt homo; non prorſus conuincit: familiare enim eſt vulgari modo loquendi, vt ea quæ non continentur, excipiamus; vt ſi dicas, Nullus ciuis hoc poteſt, niſi rex: ſumitur enim dictio excipiens pro aduerſatiua; quaſi dicat, Nemo nouit, ſed Pater nouit, nullus ciuis hoc poteſt, ſed Rex poteſt.

C

Ad locum *Matth. 11.* 1. Interpret. Nemo, id eſt, nulla creatura.

2. Interpret. Nemo, id eſt, nullus homo.

Obiectio *S. Thom.*

Solutio.

D

Exemplum.

18. Ad 5. arg. ex 3. aduert. n. 13.

Ad quintum iam docuimus, quare nõ fiat diſcenſus in ſubiecto propoſitionis excluſiuæ.

19. Ad 6. argum. ibidem.

*Ad* ſextum iam reſpondimus in excluſiuis non poſſe fieri conuerſionem terminorum niſi inter ſe recurrant.

20. Ad 7. argum.

Ad ſeptimum reſpondetur, quòd diſtinctio-

Licèt pars à toto non excludatur per dictioné excludenté, tamen perſona à perſona maximè.

ſtinctio ſuppoſitorum, ſiue perſonarum eſt maxima; quare ij, qui perſonaliter diſtinguuntur, quamuis ſint virtute naturæ coniuncti, per dictionem excluſiuam excluduntur ſeruatis legibus dialecticorum, & communi ſenſu philoſophorum; quare etſi manus non excludatur à corpore, tamen perſona à perſona excluditur, & eſt ſimpliciter falſa propoſitio, Solus Pater eſt *Deus*.

21\. Ad vlt. arg. 1. Reſponſ. Conſequens quod eſt forma antecedētis ab hoc nō excluditur, id eſt relatiuū maximè. 2. Reſponſ. Sp. Sanctus nō eſt conſeq. ad Patré, & Filiū quia nō eſt relatum ad illos.

Ad vltimum reſpondetur, quòd illud conſequens, quod eſt forma antecedentis, non excluditur, ſicut neque pars à toto; & ideo cum dico, Solus homo eſt ſenſibilis, non excludo quin animal ſit ſenſibile. Filius autem eſt conſequens ad Patrem, non vt forma Patris, ſed vt relatiuum, & ideo excludi debet per dictionem excludentem. Præterea Spiritus Sanctus non eſt conſequens ad Patrem, & Filium, quia non eſt relatum ad illos, & ita eſſet excludendus, ſi vera eſſet propoſitio, Solus Pater eſt Deus. Ad confirmationem reſpondetur S. Thom. non dicere veram eſſe propoſitionem, Spiritus Sanctus procedit à ſolo Patre, quę abſolutè eſt falſa; ſed ait, quòd cum dicitur, Spiritus Sanctus à Patre procedit, etſi adderes, quòd à ſolo Patre, non excluderes Filium, quia ſcilicèt illa propoſitio eſſet explicanda, ne excluderemus Filium à Patre in ijs, quæ ſunt Patri, & Filio communia.

Ad confirm. Huic, Sp. Sanctus procedit à Patre, ſi adderes, à ſolo Patre, non excluderes Filium, quia eſſet explicanda.

## CAPVT XXXI.

*De dialecticis conſequentijs in nominibus diuinis.*

1\. NOn ſunt parui pendendæ dialecticę conſequentiæ in nominibus diuinis, ſed firmiſsima ratione fulciendæ. Verum enim non poteſt diſcordare à vero; & verum intelligimus, vel ducti lumine naturæ, vel fidei illuſtratione edocti; & vtriuſque luminis auctor eſt Deus qui neque falli poteſt, neque nos fallere: vnde cohæreant neceſſe eſt, quæ ratio naturalis oſtēdit, cum ijs, quę Deus per Eccleſiam nos edocet: quare non ſolùm principia notiſsima, quæ dignitates dicuntur, & abſque vlla explicatione ſunt aperta & nota, ſed principia quoque ſcientiarum, quæ præceptore indigent, ita conſtituta ſunt, vt nullo pacto euertantur per fidei documenta. Præterea con- A cluſiones, quæ ex iſtis principijs per euidentem conſequentiam deriuantur, eandem retinent firmitatem, quæ nunquam per fidei doctrinam labefactatur; eſſetque error contra ipſam fidem Chriſtianam intolerabilis, ſiquis contenderet vllum principium ſcientię, aut doctrinam ſcitam, cum rebus fidei pugnare. Quod argumētum tractat S. Thom. lib. 1. contra gent. cap. 7. & in Concil. Later. ſub leone 10. ſeſſ. 8. legitur certiſsimum proloquium, *Verum vero cōſonat.* Et eam ob cauſam Stephanus Epiſcopus Pariſienſis ſpeciali reſcripto contra quoſdam errores, damnauit dicentes quædam eſſe nota & vera B ſecundum philoſophiam, & non ſecundum fidem Catholicam, quaſi ſint duæ veritates contrariæ.

Vtriuſq; luminis, ſc. naturæ & fidei auctor Deus.

Nullū principium ſcientiæ, aut doctrina ſcita pugnat cū rebus fidei.

Oppoſitū aſſerum error in fide.

*S. Thom, Conc. Later.*

Verum vero conſonat.

*Stephanus Epiſc. Pariſienſis.*

2\. Eſt autem dialectica vera ſcientia, in qua vera ſunt principia, & demonſtratæ concluſiones, quæ omnia oportet Theologum defendere in rebus fidei explicādis. Sunt igitur abſque vllo dubio dialectica principia apud Theologos firma & ſtabilia retinenda. Et cōfirmatur hoc, quoniam nos intelligimus res diuinas noſtro modo intelligendi; dialectica autem verſatur circa ipſum modum intelligendi, C cuius ſubiectum eſt modus ſciendi, modus ſcilicèt, quo homines ſciūt ſyllogizando, & enunciationes conficiendo: is enim eſt modus hominum ſciendi, & intelligendi. Igitur dialectica præſcripta nobis obſeruāda ſunt: quod expoſitum eſt à Concil. Later. vbi definitum eſt cum Magiſtro, Deitatem non generare, ſed Deum, videlicet propter modum diuerſum ſignificandi, quem notant dialectici. Et multa alia ſunt, quæ & aimus, & negamus iuxta ſcita dialecticorum.

Dialectica præſcripta nobis obſeruanda.

Ratio.

*Conc. Late. Magiſt.* Exemplum, quòd Deitas non generat, ſed Deus.

3\. Obſeru. Sed obſeruandū eſt, quòd ſicut Theologia ex principijs philoſophiæ, adiectis D principijs fidei, deducit concluſiones Theologas, quæ non repugnant philoſophiæ; ſed ſunt ſupra philoſophiam; ita etiam à principijs dialecticis, adiectis dogmatibus fidei, petimus Theologicas concluſiones, quæ dialecticæ arti non contraveniunt; ſed ſupra illam ſūt Et hoc eſt, quod cap. iſto agimus, & ſequenti, dialecticas conſequentias in vſu nominum diuinorum contemplantes. Caput diuidimus in partes duas.

Concluſiones Theologicæ ſunt non contra, ſed ſupra philoſophiam & dialecticam.

Prima

Prima pars: *Explicatur illud proloquium, Quæcunque ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.*

Secunda pars: *Dialectica conſequentia in diuinis nominibus traduntur.*

## PRIMA PARS.

### *Explicatur illud proloquium, Quæcũq; ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.*

1. Proloquiũ in tit aſſertũ eſt *Ariſt.*

PRimum nobis examinandũ eſt Ariſtotelicum theorema, quod traditũ eſt 7. Topicorum cap. 1. *Quæcunque ſũt eadẽ vni tertio, ſũt eadẽ inter ſe.* Cui ſimile eſt illud principium mathematicum, *Quæcunque ſunt æqualia vni tertio, ſũt æqualia inter ſe.* Videtur enim cum myſterio Trinitatis hoc principiũ non conſentire; ſiquidem Pater, & eſſentia eſt res vna, Filius & eſſentia ſunt res vna; Pater & Filius ſunt res duæ: ergo hæ duæ res ſunt idem cum tertio, ſcilicèt cum eſſentia, & non ſunt eadem inter ſe, ſed res diſtinctæ ſunt. Quod argumentum proponit quidam Mario Victor. lib. 1. cõtra Arium his verbis. *Quæ ſimul ſunt ſibi inuicem eadem, duo vnum ſunt; neceſſe eſt igitur iſta idem eſſe*, id eſt, Quæcunque ſunt eadem in vno, ſunt eadem inter ſe: Sed ille nihil reſpõdet ad formam argumenti; commonſtrat autem fuſiſsimè quomodo vnitas diuinæ naturæ profuſa ſit in numerum perſonarum: quod proloquium hic diſputando tractamus, quia vim totam cõtinet ſyllogiſticæ doctrinæ & conſquentiarum dialecticarum.

An hoc proloq. conſentiat cum myſterio Trinitatis? Ratio dub.

Quidã apud *Mar. Victor.*

2. Huius proloq. 1. Explicatio, de 3. incommunicabili. *Durand. Scot. Capreol. Argent.*

Prima explicatio eſt, quòd intelligatur iſtud pronũciatum de vno tertio incommunicabili. Ita affirmat Durand. in 1. d. 33. q. 1. ad 2. & Ioan. Scot. d. 2. q. 7. & Ioan Capreol. eadem d. 2. q. 3. Argent. q. 2. art. 1. Exemplum eſt, manus coexiſtit animæ informanti, & pes coexiſtit eidem animæ informanti; ergo coexiſtũt inter ſe: nulla eſt cõſequentia, quia anima eſt forma communis partibus diuerſis. Similiter non valet conſequentia; etſi Pater & Filius ſint idem cum eſſentia, quòd ſint res vnã; quia eſſentia non eſt incommunicabilis, ſed communis pluribus perſonis. Quidam afferunt exemplum aliud. Nam Petrus eſt hoc intelligens, & anima ipſa eſt hoc ipſum intelligens. Itaque Petrus, & anima conueniunt in tertio, quia ſunt hoc intelligens; non tamen ſequitur, quòd Petrus, & anima ſint idem inter ſe.

1. Exemplum.

2. Exemplum.

3. Improbatur.

Hæc explicatio non placet: primùm quia videtur ſignificari, quòd principiũ illud argumentationis non ſit validum, niſi tertium ſit incommunicabile; hoc autem eſt falſum. Nam ex eo quòd Pater, & ſapiens ſunt idem cum eſſentia, rectè colligitur, quòd Pater, & ſapiens ſint idem inter ſe; eſſentia autem nõ eſt incommunicabile quid, ſed commune: & tamen vnitas eſſentiæ communis, in qua Pater, & ſapiens conueniunt, oſtendit, quod hi duo conueniunt etiam inter ſe. Deinde, quia motus eſt aliquid incommunicabile, cum ſit omninò res ſingularis; & tamen adhùc principium Ariſtotelicum falſum inuenitur in motu: Nam actio & paſsio ſunt idem cum motu; & tamen nõ ſunt idem inter ſe, quod ipſe Ariſt. arguendo oſtendit, nihil enim eſſe ait actionem, niſi motum; & paſsionem nihil eſſe ait, niſi motum; non autẽ eſſe actionem paſsionem; ergo etiam in tertio incommunicabili non eſt firmum argumentum. Neq; verò negamus motum ab actione aliquatenus diſtingui (ſi ita placet) ſed tamen ea eſt diſtinctio vt motus de actione affirmetur, eſt enim actio motus ab agente dimanans; & ita cum actio ſit motus, & paſsio ſit idem motus, non tamen actio eſt paſsio.

Ex eõ quòd Pater, & ſapiens ſũt idem cum eſſentia, ſunt idem inter ſe.

Improbatur:

Licèt mot' ſit quid ſingulare actio & paſsio ſunt idem cũ motu; & non ſunt idem inter ſe.

Declaratur hoc.

4. Ad 1. exempl.

Exempla etiam non ſunt accommodata. Nam pes & manus non ſunt idẽ cum anima; quare non colligitur, quòd ſint idem inter ſe. At verò hoc intelligẽs ſupponitur pro diuerſis, ſcilicèt pro homine, & pro anima: & idcirco quamuis forma ſignificata ſit eadem ſcilicèt intelligentia; tamen res pro quibus ſupponitur nomen ſunt duæ, ſcilicèt Petrus & anima. Quare non eſt ſyllogiſmus ex ijſdem ſingularibus, Petrus eſt hoc intelligens, anima eſt hoc intelligens; cũ ſub iſto nomine oſtendãtur res diuerſæ: vel dicendum eſt nomen æquiuocum, ſi ſignificet aliquid eſſentiale, quod eſt homo, & aliquid eſſẽtiale, quod eſt anima; ſi verò ſignificet accidens, ſcilicèt intelligentiam, tunc erit vniuocum, ſed ſupponitur pro diuerſis, vt ſi albedo eſſet in pluribus ſubiectis, hoc album non eſſet illud album. Ita neque hoc intelligens, ſcilicèt anima, eſt illud intelligens, ſcilicèt

Ad 2. exempl.

cèt Petrus; neque verò anima in corpore eſt id quod operatur & intelligit, ſi propriè loquendum ſit, vt diſputauimus libr. 4. quare negatur minor propoſitio, quòd anima ſit hoc intelligens, ſed ſola hypoſtaſis eſt hoc intelligens.

Lib. 4. cap. 22. p. 2. num. 18.

5. 2. Explicatio de diſtributo ſaltē virtute. Tribuitur Durand. Placuit Argent. Tolet.

Alius commentarius Durando etiam tribuitur d. 33. q. 1. qui placuit Thom. Argent. d. 2. q. 2. art. 1. & Alfonſ. Tolet. d. 5. q. 1. art. 4. ſcilicèt, quòd intelligatur axioma Ariſtotel. de tertio diſtributo, quod eſt medium ſyllogiſticum; & quoniam in ſyllogiſmo ſingularium nō diſtribuitur medium, ſingulare enim nequit diſtribui, interpretantur poſſe diſtribui virtute, vt cum dico Petrus currit, poteſt idem reddi cum diſtributione, dicendo, quicquid eſt Petrus currit. Sed hæc ſunt contraria regulis dialecticis, & germanæ ſuppoſitioni nominum ſingularium, vt ſtatim commonſtrabimus: quare alia eſt quærenda via argumenti ſoluendi.

Improbatur, ex dicendis.

6. 3. Explicatio ex Durand. de iis quæ ſunt adæquatè idē cum 3.

Alia interpretatio colligitur ex doctrina Durandi, quòd principium Ariſtotel. intelligatur de ijs, quæ ſunt adæquatè idem cum tertio; atqui perſonas diuinas non eſſe adæquatè idem cū tertio, ſcilicèt cum eſſentia diuina, affirmat Durād. ſed hoc ipſū iā impugnauimus; verum eſt quòd eſſentia diuina cum perſonis ſigillatim non adæquatur numero ſecundum quod eſſentia eſt idem cū perſonis; quia eſſentia eſt res tres, ſcilicèt perſonæ tres, & Pater eſt res vna: ſed hoc ipſum videtur probare Ariſtotelicū principium, quòd ex eo, quòd eſſentia cum ſingulis perſonis adæquatur tota vnitate entis, adæquatur etiam numero, vt non ſint plures perſonæ, quæ ſunt idem cum tertio, ſcilicèt cum eſſentia. Sed neque iſta Durandi interpretatio eſt ad rem; quia non diſputamus de rebus ſignificatis, quomodo tres res ſint res vna, quod lib. 1. affatim præſtitimus: ſed de ſyllogiſmis expoſitorijs, qui illo theoremate nituntur, in quibus videntur regulæ dialecticæ diſcrepantes à vero.

Improbatur 1. vt inſufficiēs.

Improbatur 2. vt non ad rē.

Lib. 1. à cap. 40 de rebus ſignificatis agitur, hic de ſyllog. expoſitoris.

7. Explicatio de medio termino ſingulari, eo excepto qui ſignificat rē vnā, quæ habet identitatē cum reb. plurib.

Quidam ſunt qui efficaciam conſequentiæ in ſyllogiſmis expoſitorijs medij ſingularis, attribuunt illi pronunciato Ariſtotelico, *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe*; ſed negant eſſe medium ſyllogiſticum terminum quempiam ſingularem, ſi ſignificet rem vnā, quæ habet identitatem cum rebus pluribus; & quia Deitas eſt res vna habens identitatem cum rebus tribus, ſcilicèt cum perſonis, Deitas non eſt medium ſyllogiſticum, etiamſi ſit nomen ſingulare, vt illi arbitrantur: & ita non ſequitur, *Deitas eſt Pater; Deitas eſt Filius; ergo Pater eſt Filius*: cum *Deitas* non ſit nomen aptum medio ſyllogiſtico.

8. Improbatur 1. vt liberè excipiens.

Hæc tamē opinio minimè placet: imprimis quia per illam quæritur diuerticulum, & fuga vrgente argumento; cum ad libitū, & ſine ratione excipitur à medijs ſyllogiſticis nomen ſingulare, ſi illud ſignificet rem vnam, quæ habet idētitatem cum rebus pluribus: Cuius exceptionis nulla ſubeſt ratio, niſi quòd inquiunt multum ambiguitatis eſſe in his ſyllogiſmis expoſitorijs, niſi hæc nomina ſingularia excludamus; quæ ſunt diuina nomina propria Deitatis ſignificātia rem vnam communem pluribus. Quaſi confiteantur apertiùs in diuinis nominibus non poſſe præſcribi regulas ſyllogiſticas, quod antea refutauimus. Præterea dialecticus nō conſiderat res ſignificatas, ſed modum ſignificandi, & nominis ſuppoſitionem: Quare ex ipſo modo ſignificandi, & cuiuſcunque nominis ſuppoſitione, depromendæ ſunt regulę dialecticæ. Præterea cum illi nō diffiteantur artem ſyllogiſticam fundari in illo pronūciato Ariſtotel. certiſsimo, *Quæcunque ſunt eadem vni tertio*, immeritò refragantur concedere, quòd in his etiam nominibus ex vnitate plurium cum tertio, colligamus rectè vnitatem plurium inter ſe. Nam de rebus ſignificatis diſputantes, oſtendimus ex hoc, quòd Pater & Deitas eſt idem, & Filius & Deitas eſt idem; eos ſecundum Deitatem eſſe idem: in ſyllogiſmis autem hoc ipſum ſupereſt declarandum, quòd ex coniunctione terminorum cū tertio, coniungantur termini extremi inter ſe. Præterea contra rationem videtur illud aſſeri, quòd identitas tertij cum rebus pluribus impediat ipſarum rerum identitatem inter ſe; ergo ſi in cæteris eſt vis ſyllogiſmi expoſitorij, etiā in his rebus, quæ cū tertio ſunt idē omninò, licet colligere ſyllogiſticè, quòd ſint idem inter ſe. Denique de his nominibus ſingularibus affirmamus, & negamus; cum autem multa de eodem affirmantur, & negantur, nihil prohibet ex quibuſ-

Ratio pro exceptione.

Refutatur 1. ex initio cap. ante 1. partē.

Refutatur 2.

Refutatur 3. ex conceſsis.

Ex rebus ſignificatis arguitur ad ſyllogiſmos.

Refutatur 4. Idētitas tertij cū rebus pluribus non impedit ipſarum rerū identitatem inter ſe.

Refutatur 5. Sicut de his nominibus diuinis iudicia formamus, ita & ſyllogiſmos

quibuſdam quædam alia ſyllogizando A deducere. Eſt ergo etiam in his nominibus ſingularibus expoſitorius ſyllogiſmus, ſeruatis regulis dialecticis, quæ nominum iſtorum ſignificationi, & ſuppoſitioni coaptandæ ſunt.

9.
5. Explicatio noua, ploquiũ eſſe firmũ in nominibus cõcretis, quæ ſupponuntur pro vno tantùm.

Excluditur 1. Deitas, &c.

Ratio, quòd nomina abſtracta faciunt ſenſu formalem.

Noua eſt explanatio quorundam, ſcilicèt quòd *Ariſtotelicũ* principiũ firmũ ſit in nominibus cõcretis, quæ ſupponãtur pro vno tãtũ; quare nomina abſtracta aiũt inepta eſſe huic generi argumẽti expoſitorij; quia hæc nomina abſtracta nõ ſignificant identitatẽ, ſed potiùs diſtinctionem; ſignificant enim formas ſeparatas, & accipiuntur formaliter; at verò ſyllogiſtica argumentatione colligitur B identitas extremorũ cũ tertio; quare nõ illi apta ſunt nomina abſtracta; & idcirco non valet argumentũ, Pater eſt Deitas, Pater generat, ergo Deitas generat, quia Deitas eſt nomen abſtractum, quod huic argumento non inſeruit. *Præ*tereà nomen, Deus, aiunt non eſſe huic quoque argumentationi conueniens, quia ſupponitur pro pluribus perſonis; principium autem Ariſtotelicum intelligitur, vt aiunt, de vno tertio, quod pro vno ſolo ſupponitur.

Excluditur 2. Deus, &c.

10.
Hæc explic. improbatur 1.

Sed hæc opinio non eſt veriſimilior præcedente; apertè enim aſſerunt nomina abſtracta, & nomen *Deum* eſſe inutilia ſyllogiſmis expoſitorijs; C Cum tamen multi ſint ſyllogiſmi expoſitorij firmiſsimi ijſdem nominibus conſtantes; & quãuis nomina abſtracta faciunt ſenſum formalẽ; eſt tamen ſenſus non formalis, cum vtimur nominibus, hæc res, illa res. Sed neque in ſenſu identico licet arguere, Pater eſt hęc res, ſcilicèt eſſentia; & Pater generat; ergo hæc res, ſcilicèt eſſentia, generat, quæ condemnata eſt in Concil. Later. Huius ergo paralogiſmi vitium quærendum eſt. Prætereà Ariſtotelicum principium licèt oſtendat vim ſyllogiſticæ artis, vt poſteà D dicemus; tamen eſt de rebus ipſis intelligendum: Quare ſiue nomina abſtracta vſurpes, ſiue concreta; elucidandum eſt, quì fieri poſsit, vt vna res ſit tres res, ita vt tres res ſint idem cum re vna, & ſint inter ſe res tres; neque his contrarium ſit principium iſtud, *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.*

Ad rationem, In ſenſu nõ formali dicimus, hæc res, illa res.

Iſta, Hæc res, ſcil. eſſentia, generat, dãnata eſt in *Conc. Later.*

Improbatur 2

11.
6 Explic. *Caietan.* *Capreol.* *S. Bonau.*

Longè diuerſa eſt ſententia Thomæ Caietani in hac re explicãda, quam tractat etiam Capreol. d. 33. q. 1. & S. Bonauent. d. 39. q. 2. Scot. d. 2. q. vnica §. ad quintum: ait enim ea quæ ſunt eadẽ vni tertio, eſſe eadem inter ſe, quoad id, in quo identificantur cum tertio; & cum Caietano conſentit Franc. Ferrar. lib. 2. cap. 9. & Capreol. d. 2. q. 3. art. 1. Cuius ſententiæ hæc videtur germana explicatio, vt intelligamus extrema identificari in eodem fundamento identitatis inter ſe, in quo identificantur cum tertio; ſed hoc falſum eſt, tàm in rebus creatis, quàm in diuinis. Nam homo, & Petrus identificantur in eſſentia; muſicus autem, & Petrus identificantur in ſubiecto; ergo homo & muſicus, quæ B identificantur in Petro, non poſſunt idẽtificari in eodem fundamento identitatis; ſed in duobus ſimul, vel in vno fundamento coniuncto ex duobus. Prætereà Pater, & eſſentia non identificantur in identitate ſolius eſſentiæ, ſed eſſentiæ & relationis ſimul; Pater autem, & Filius identificantur in ſola eſſentia; ergo Pater & Filius non identificantur inter ſe in eodem fundamento, in quo cum eſſentia identificantur.

*Scot.* quoad id in quo identificatur cum 3.
*Ferrar.*
*Capreol.*
Huius explic. 1. declaratio de eodẽ fund. identitatis inter ſe, quo identificãtur cũ 3.

Improb. 1. in creatis.

Improb. 2. in diuinis.

12.
2. Declaratio de eodẽ genere identitatis qua cum 3. conueniunt.

Quidam aliter exponunt Caietanum quòd extrema identificantur inter ſe eadem identitate, ſcilicèt eodem genere identitatis, qua cum tertio conueniunt C Sed hoc expreſſè negat Caietanus, ait enim extrema quidem identificari, ſed non eadem qualitate identitatis, quod nos dicimus, non eodem genere identitatis. Et meritò quidem Caietanus id recuſat, quoniam Pater, & eſſentia idẽtificantur reali identitate eſſentiali, & perſonali ſimul, abſolutèque, ac ſimpliciter; ipſaque identitas eſt Filij cum eſſentia diuina; & tamen Pater & Filius inter ſe non identificantur reali identitate ſimpliciter omnibus modis, ſed dũtaxat eſſẽtiali identitate, & nõ pſonali cũ pſonali diſtinctione diſcernantur.

Improb. 1. vt reiecta à *Caietan.*

Ratio reijciẽdi.

13.
Iuxta quosd. 6. Explic. est *S. Thom.* Eorum fund. expenditur.

D Nonnulli ſunt qui exiſtimant Sanct. Thomam in 1. d. *33.* q. 1. art. 1. ad 2. tenuiſſe eam quæ eſt Caietani ſententia. Obijciebat enim arguendo, Quãdo aliqua duo ſunt idem, in quocunque eſt vnum, eſt & alterum; ſed eſſentia, & Paternitas ſunt idem; ergo in Filio in quo eſt eſſentia eſt Paternitas. Reſpondet S. Doctor concedendo, quòd eſſentia & Paternitas ſunt idẽ ſecũdũ eſſe; & ita in quocunq; eſt eſſe eſſentiæ, eſt eſſe ipſius Paternitatis. Eſſe enim Paternitatis eſt

abſolutum

abſolutum & eſſentiale, Paternitas autem, & relatio ſunt formæ definitione diſtinctæ; & ideo non ſequitur, quòd in quocunque eſt eſſentia ſit Paternitas. Quo loco ait quidem Sanctus Thomas Paternitatem, & eſſentiam eſſe idem ſecundum eſſe; ſed nequaquam affirmat, quòd ex identitate vtriuſque cum tertio colligatur eadem identias, aut idem fundamentum identitatis inter ſe, quæ videtur eſſe Caietani ſententia.

Reijciuntur.

14.
7. Explic. *Vaſq. d. 123. cap. 1.*
1. Eius aſſertũ illud princip. intelligi ſolũ de rebus.
2. Aſſertum intelligi de ſolis creatis.
1. Aſſert. approbatio.

Alij adhùc ſunt, qui negant illud principium eſſe fundamentum ſyllogiſticæ artis, ſed aiunt ſolùm de rebus interpretandum eſſe. Secundò affirmant intelligendum eſſe de ſolis rebus creatis, quas Ariſtotel. nouerat. Circa primum aſſertum, haud dubium eſt locum illum Topicum, *Quæcunque ſunt eadem*, continere, non formam ſyllogiſticam, ſed materiam arguendi, ſcilicet identitatem; locus enim Topicus continet materiam argumenti: ſed quia forma ſyllogiſtica, nihil aliud eſt, quàm coniunctio duorum terminorum inter ſe, ex coniunctione illorum cum tertio cõprobata; cum coniunctio terminorum indicet identitatem, ſiue coniunctioné rerum ſignificatarum; probè ſcitèque dicitur, ſyllogizandi vis ſita eſſe in illo principio, *Quæcunque ſunt eadem*. Quãuis Ariſtotel. probandi ſyllogiſmi alias normas tradiderit, logicas inquam normas, videlicet dici de omni, dici de nullo: ſed metaphyſicus rectè probat ſyllogiſmi efficaciam per hoc principium; ea enim quæ ſunt re ipſa idem, neceſſe eſt dici de alterutris, iuxta præcepta logica; ergo ex identitate rei colligitur terminorum coniunctio, præſcriptis logicis obſeruatis.

Forma ſyllogiſtica quid.
Curſ ſyllogizãdi vis dicatur ſita in illo principio.
Aliæ normæ logicæ.
Metaphyſicus rectè probat ſyllogiſmi efficaciã per illud principiũ.

15.
2. Aſſerti improbatio.

Secundum verò aſſertum, non probatur. Cum enim ex eo quòd Pater eſt ipſa eſſentia, & Filius eſt ipſa eſſentia, rectè colligatur dogma fidei, quòd ſint in eſſentia vnum, & hoc quidem comprobetur *Ariſtot.* pronunciato, non eſt condenda noua philoſophia, qua philoſophica aſſerta exterminemus, quæ potiùs deſeruiant documentis fidei muniendis.

16.
Pro 8. & vera explicatione prænot.
Principium illud indicat vim & efficac. ſyllogizandi.
Oſtenditur.

Sed vt rem iam aperiamus, obſeruandum eſt, principium iſtud Ariſtotelicum indicare vim, & efficaciam ſyllogizandi. Nam in omni ſyllogiſmo ex coniunctione duorum terminorum cum tertio termino, quem vocamus medium ſyllogiſticum, colligimus coniunctionem eorum inter ſe, obſeruatis documentis artis, vt non copulemus diuiſa, aut coniuncta paralogizando ſeparemus. Ars igitur ſyllogiſtica, tota nititur hoc veriſsimo principio, quòd, *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe*: hoc enim colligitur ſiue propoſitionibus vniuerſalibus de pluribus indiuiduis, ſiue ſingularibus de vno ſolo. Explicandum erit igitur hoc principium ſecundum rem ipſam, & poſtea ſecundum quod ſyllogiſmis accommodatur.

17.
8. Explicationis 1. pars.
De eo princip. ſecũdũ re.
1. Aſſertum: Ex identitate extremorũ cũ 3. ſemper colligitur aliqualis idẽtitas eorum inter ſe: non tamen neceſſariò eadem.
Probatio.

Si de rerum identitate diſputandum ſit, dicendum eſt in vniuerſum ex identitate extremorum cum tertio colligi aliqualem identitatem eorum inter ſe; non tamen colligi neceſſariò identitatem eandem: quod eſt receptiſsimum, & veriſsimũ proloquiũ. Si enim primũ adhæret ſecũdo, & ſecundũ tertio, etiã primum adhæreat tertio neceſſe eſt; ſcilicet non per ſe neceſſariò, ſed ſaltem per ſecundum, quod eſt medium. Quare & partes totius, quæ aliquo modo ſũt idem cum toto, quaſi coniunctæ illi; ſũt etiam inter ſe idem coniunctione, vt ſaltem per medias coniungantur extremæ. Et corpora omnia quæ vno cœlo continentur, etiam inter ſe habent vnitatem, & identitatem aliquam ſecundum quod ſe contingunt extrema per media; & ſimilem identitatem habent tempora quæ continentur æternitate, vt ſucceſsione ſe contingant. Itaque omninò neceſſe eſt, vt aliqualis identitas extremorum, ex idẽtitate eorum cum tertio colligatur.

1. Exemplum de partibus totius.
2. Exemplũ de corporibus vno cœlo contentis.
3. Exemplũ de temporibus

18.
Aduertend.
Identitas ampliſsima.
Specifica.
Omnimoda.
Illud 3. poteſt eſſe cõpoſitũ.
Exemplum.
Hinc 1. aſſertũ

Deinde aduertendum eſt, quòd identitas eſt ampliſsima relatio, fundatur enim in quauis vnitate etiam per accidens; Identitas autem ſpecifica datur in vnitate ſpeciei; & identitas omnimoda fundatur in vnitate omnimoda. Et quoniam tertium, in quo plura conueniunt, poteſt eſſe compoſitum ex pluribus; poteſt accidere, vt ſecundum aliquid ſit idem cum vno extremo, & ſecundum aliud, ſit idem cum alio. Verbi gratia, Petrus ſecundum eſſentiam eſt idem cum homine, & ſecundum accidens eſt idem cum albo. Inde fit vt ex idẽtitate extremorũ cum

Quoad 2. p. eſt cõtra *Caiet.* vt n. 11.
Is explicatur, vt conſonet 1. aſſerto.

cum tertio colligatur quidẽ aliqua idẽtitas eorum inter ſe, ſed non eadẽ identitas, neque idem fundamentum identitatis; quia ipſa extrema diuerſis identitatibus, & fundamentis identificantur cum tertio; quod argumentum fecimus contra Caietanum: ſed fortè hoc ipſum voluit Caiet. quod nos docemus; & vt indicaret non eſſe eandem identitatem colligendam extremorum inter ſe, dixit extrema identificari ſecundum id, quo in tertio conueniunt; ſcilicèt non ſemper in ea vnitate, qua vnum & alterum cum tertio conuenit, ſed aliquando vnitate, & identitate diſtincta, quæ coaleſcit in illo tertio ex coniunctione duorum: verbi gratia homo, & muſicus conueniunt in Petro, ſed muſicus cum Petro coniungitur ſine medio, cum homine verò per medium ſcilicèt per Petrum, & idcircò non eſt eadem identitas extremorum inter ſe, quæ eſt illorũ cum tertio.

Homo, & muſicus conueniunt in Petro diuerſa identitate, ac proindè etiam diuerſa inter ſe.

19.
1. Coroll. explicatio illius aſſerti, Quæ ſũt ſimilia, &c.

Ex dictis explanatur aliud pronunciatum ſatis tritum, *Quæ ſunt ſimilia in tertio, ſunt ſimilia inter ſe*; nam quia ſimilitudo fundatur in vnitate ſpeciei, neceſſe eſt explicare iſtud axioma, quæcunque enim ſunt ſimilia vni tertio ratione eiuſdem formæ ſpecificæ, ſunt ſimilia inter ſe. At verò, quia identitas non poſtulat tam perfectam vnitatem, ſed quamuis vnitatem, colligitur ex quauis coniunctione extremorum cum tertio, vt diximus, aliqua idẽtitas ſaltem imperfecta, & minor inter extrema, quàm ſit identitas extremorũ cum tertio.

Similitudo fũdatur in vnitate ſpeciei.
Identitas in qualibet.

20.
2. Coroll.
Ex omnimoda identitate, &c.
Oſtenditur.
In creatis quæ ſi non re ipſa, nec definitione diſtinguuntur, vt gladius, & enſis lib. 1. c. 27. p. 1. n. 10.
Obiectioni occurritur.

Præterea conſequens eſt, vt ex omnimoda identitate extremorum cum tertio colligatur omnimoda identitas illorum inter ſe: & in rebus quidem creatis hoc veriſsimum eſt, quia in illis quæcunque diſtinguuntur definitione, diſtinguuntur re ipſa; quare ſi re ipſa nullo modo diſtinguuntur, neque definitione diſtinguuntur, ſed ſunt omninò idem, vt gladius, & enſis. Nam licèt Petrus, & homo non diſtinguantur definitione; & tamen Petrus, & homo ſint idem, & Paulus, & homo ſint idem; Petrus verò, & Paulus non ſunt idem; non ideò falſum eſt Ariſtotelicum principium: nam Petrus, & Paulus, non ſunt idem re ipſa vni tertio, ſcilicèt vni homini, ſed ſunt re ipſa duo homines. Hoc eſt igitur fidei arcanum ſacratiſsimum, quòd Deitas ſit res vna, cum qua Pater eſt res vna omnimoda identitate reali, & Filius res vna cum Deitate omnimoda identitate reali; Pater autem, & Filius res duæ. Sed ad hoc quoque valet Ariſtotelicum principium, quia eſſentia, & Pater ſunt quidem idem identitate reali omnimoda, ſed non ſunt idem identitate rationis, quia definitione, ſiue ratione formali diſtinguuntur; neque eſſet intelligibile hoc myſterium, niſi Pater, & eſſentia diſtinguerentur rationibus formalibus; nam ſi idem intelligeremus nomine Patris, & eſſentiæ, contradicentes eſſent, quòd eſſentia ſit Filius, Pater, qui eſt eſſentia, non ſit Filius, vt ſuprà diſputauimus. Quòd ſi hoc myſterium non eſſet intelligibile, ſed gigneret in intellectu noſtro contradicentes, non eſſet verum. Neque tamen aſſerimus veritatem ipſam Trinitatis, quæ eſt Deus trinus, pendere à noſtro intellectu; ſed docemus id, quod re ipſa eſt verum, non gignere in intellectu noſtro contradicentes.

Petrus, & Paulus non ſunt idẽ re ipſa vni 3. ſc. vni homini.

Hoc coroll. in diuinis negatur loquendo de omnimoda idẽtitate reali.

Hanc habet Paternitas, & eſſentia, ſed non identitatẽ rationis, alias myſteriũ Trinitatis non eſſet verum.

Non aſſerimus hoc myſterium pendere à noſtro intellectu, ſed non gignere contradicentes.

21.
Ratio negandi hoc coroll. in diuinis.

Ratio autem, quare identitas omnimoda realis perſonarum cum eſſentia, non oſtendat identitatem realem omnimodam perſonarum inter ſe, hæc eſt; quia res omnes, quas in Deo intelligimus non oppoſitas re ipſa, ſunt vnum, & idem propter ſimplicitatem; res verò, quæ ex propria ratione ſunt oppoſitæ, vt origines, & relationes, ſi re vera ſunt in Deo, neceſſe eſt eſſe res diſtinctas. Indè eſt, quòd eſſentia, & relatio, ſiue perſona, quæ eſt ipſa relatio, quia non opponuntur, ſunt res eadem; duæ verò relationes oppoſitæ ſunt res duæ; & ideò non colligimus ex identitate reali extremorum cum tertio, identitatem realem eorum inter ſe ſecundum eſſe relatiuum; ſed benè colligimus identitatem eorum inter ſe, ſecundum eſſe abſolutum, & eſſentiale. Et quia etiam, quoad hoc valet principium Ariſtotelicum, vt quæcunque ſunt eadem vni tertio, re, & ratione, ſint idem inter ſe re, & ratione, negauit Sanctus Thomas conſequentiam, quòd Pater, & Filius ſint idem inter ſe, quia non ſunt idem cum eſſentia re, & ratione, vt tunica, & veſtimentum.

In Deo quæ non opponuntur, ſunt vnũ; quæ opponuntur, ſunt plura.

Idem Coroll. affirmatur loquendo de omnimoda identitate, ſc. re, & ratione.

*S. Thom.*

Exemplum in tunica, & veſtimento.

At

21.
2. Pars. De eodē principio accōmodato ad artem ſyllog.
In vſu nominū ob variationē ſuppoſitionis nō omnis forma arguendi in qua extrema coniūgūtur cū 3. eſt recta cōſeq. *Ariſt.*
Itē ob fallacias à quib. ſola ſynonima ſunt tuta.
*S. Thom. ex Ariſt.*
*S. Thom.* de fallàcia accidentis.
Illius mens.
In terminis nō ſynonimis prĩcipiũ Ariſtotelicũ explicandũ eſt, ſiue intelligatur de identitate reali, ſiue de arte ſyllogizandi.

At verò accommodato principio iſto ad artem ſyllogiſticam, longè alitèr ſentiendum eſt; quoniam in vſu nominũ accidit, vt propter ſuppoſitionē mutatam, aut aliquam cōditionem ſuppoſitionis variatam, non rectè concludatur; quare non omnis forma arguendi, in qua extrema coniunguntur cum tertio, eſt recta cōſequentia, vt *Ariſtot.* fuſiſsimè oſtēdit in libris priorum. Præterea ſeruatâ formâ arguendi in qualitate, & quantitate propoſitionum, adhuc ſunt plures fallaciæ in vſu nominũ; quæ conſequentiam infirmant. Siquis autem quærat, quoties contingat in vſu nominum fallacia? Reſpondendum eſt quòd ſolum nomina ſynonima ſunt à captione iſta tuta. Quæ eſt reſponſio S. Thomæ doctiſsima q. 28. accepta ab Ariſtotele in libris phyſicorum libr. 3. text. 21. in ſimili argumento. Cum enim obijceret, quòd actio eſt mot⁹, & paſsio motus, & actio tamen non eſt paſsio: Reſpondet conſequentiã eſſe bonam in terminis ſynonimis; quaſi inſinuans in reliquis terminis poſſe inueniri captionem, ſiue fallaciam dialecticam. Et hoc idem obſeruat S. Thom. in fallacia accidentis, libro de fallacijs, quia ea fallacia obuenit ſæpiſsimè vbicunque non ſunt nomina ſynonima. Non igitur coarctat S. Thom. principium artis ſyllogiſticæ, vt ſolũ nominibus ſynonimis cōſtet ſyllogiſmus, quod quidã obijciunt; ſed admonet poſſe occultari fallaciã accidentis, vbicunq; ſynonima non ſunt; quæ fallacia erit per regulas dialecticas euitanda. Et ita vnũ verbũ S. Doctoris vtrãq; nobis quæſtionẽ explicat, ſiue de identitate reali, ſiue de arte ſyllogizãdi, vt illud principiũ Ariſtotelicũ, *Quæcũq; ſunt eadē vni tertio, ſunt eadem inter ſe*, in terminis quidē ſynonimis certiſsimũ ſit; in alijs verò non ſynonimis, explicãdum, vt faciemus.

23.
*Idem.*

Quare ipſe S. Doctor 3. contra gētes cap. 9. vtitur hoc principio, *Quæ ſunt eadē vni tertio*, ad probandum quòd potentia diuina, & operatio ſunt idē, quia ſũt idē cũ diuina eſſentia; quia ibi nulla erat fallacia accidentis in conſequentia.

## SECVNDA PARS.

*Dialecticæ conſequentiæ in nominibus diuinis traduntur.*

1.
Difficultas orta ex vnitate reali Deitatis in pluribus.

A Gitãtibus dialecticas diſputationes facit difficultatem nouitas rei admirabilis, ſcilicèt Deitatis, quæ eſt vna & eadem in perſonis tribus. Naturæ autem rerum multiplicantur in ſuis ſingularibus, & ſola ratione ſunt communes. Vnde oritur difficultas coaptandi conſequentiarum regulas rerum creatarum ad res diuinas.

2.
Sect. 1.
De ſyllog. præſertim expoſ.
1. Dub. De nominibus diuinis concretis
Ratio dub.

De nominibus diuinis concretis primùm agendum, quæ, vt antea docuimus, ſupponuntur pro ipſis perſonis diuinis. In quibus videtur deficere ratio ſyllogizãdi, præcipuè in ſyllogiſmo expoſitorio nominum ſingularium. Nam ſi dicamus, Hic Deus eſt Pater; hic Deus eſt Filius; ergo Pater eſt Filius. Conſequentia videtur eſſe dialectica; conſequens autem eſt contra fidem. Marſil. in 1. q. 6. art. 3. reſpōdet, minorem propoſitionem negãdo, ſi demonſtres hũc Deum qui eſt Pater. Sed iam in ſuperioribus docuimus, eam propoſitionem eſſe veram.

1. Reſponſio *Marſil.*
Refellitur ex cap. 28. n. 12.

3.
2. Reſponſio. nomen, Deus, eſſe commune & poſſe notari nota vniuerſali, particulari vel ſing. vt diſtribuatur pro perſonis vel indefinite vel definite.

Quidam igitur huic rei nauantes operam, dixerunt nomen, Deus, eſſe commune, & ita ſupponi, vt commune; poſſeque diſtribui, & notari nota vniuerſãli, vel ſingulari, vel particulari, vt dicamus, Omnis Deus, Nullus Deus, aliquis Deus, hic Deus; & cum plures dij non ſint, his notis dialecticis effici, vt pro perſonis nomen diſtribuatur, vel indefinitè pro aliqua perſona, vel pro iſta perſona definitè; & ita eſſe nomen iſtud regulis dialecticis conformandum: quare cum dicitur, Hic Deus eſt Pater, perinde dici ſicut Hic homo eſt Petrus; & erit æquiuocum nomen hic Deus, ſicut hic homo de Petro & Paulo dictum, & non aptum ſyllogiſmo. Hæc autem doctrina non ſolùm inſueta eſt, & valde abſurda, ſed etiam falſa. Inſueta quidē, quia nullus hominum hactenus dixit, omnis Deus, niſi pro dijs pluribus nomen Deum vſurpans. Abſurda eſt etiam doctrina iſta, quia cum in ſignificando hæ notæ nihil efficiant, neque ſint in vſu hominum cum nomine Deo coniunctæ, impolitum eſt genus doctrinæ, ad libitum & extra conſuetudinem loquendi, diſputationē trahere. Falſa ipſa quoque eſt exiſtimatio: Nam cum nomen Deus, ſignificet Deum verum; omnis autem Deus ſignificet plures Deos, ſi in hoc ſenſus dicas, Omnis Deus creat, quòd

Declaratur.
Infert nō eſſe aptũ ſyllog.
Refutatur 1. vt inſueta.
Refutatur 2. vt abſurda.
Refutatur 3. vt falſa.

 Pater,

Omnis Deus ſignificat plures Deos.
Idē efficis quānis notā appo nene nomini Deus, ſi intelligas verū Deū.
Alenſ.
Caiet.
Arim.

Pater, & Filius, & Sp. Sāctus creant, ſignificas planè plures Deos creare, quod eſt hæreticum. Igitur quoad nominis ſignificationem, & ſuppoſitionem idem efficis, ſiue dicas, omnis Deus, ſiue aliquis Deus, ſiue hic Deus, dummodò iſto nomine Deꝰ intelligas verum Deū, qui vnus eſt; quamobrem *Alex. Alenſ.* 1. q. 7. memb. 7. art. 3. & Thom. Caiet. 1. p. probè, ſciteque affirmant, nefas eſſe dicere, Omnis Deus creat, pro tribus perſonis creantibus, quia plures dij ſignificantur, & Greg. Arim. d. 4. q. *6.* cōfirmat, fruſtra addi notam diſtributionis, cum dicimus, Omnis Deus, ac ſi diceres, Omnis ſocrates.

4.
3. Reſponſ. *Marſilij* aliàs, de nomine Deus, ſiue hic Deus.

Meliùs igitur aliàs cum eodem Marſilio dudum commemorato cenſemus nomen, Deus, eſſe quidem ſuppoſitionis ſingularis, ſed non omninò ſingularis, ita vt non ſit omnibus regulis dialecticis de ſingulari ſuppoſitione ſubiectū Et idem dicēdum de nomine, hic Deus, ſiquidèm illa nota, hic, nihil addit ad nominis ſingularitatem.

5.
Declaratur. Nomē, Deus eſt ſingulare ſuppoſitione, quæ ſit ſingularis incōpletè Itē cōmune ſuppoſitione, quæ ſit cōmunis incōpletè.

Dicendum igitur eſt, quòd iſtud nomen Deus, ſiue hic Deus, connumerandum eſt inter ea quæ ſunt ſingularia ſuppoſitione; cuius tamen ſuppoſitio ſit ſingularis non plenè, ſed incompletè: & iterum recenſeri inter nomina ſuppoſitione communia; cuius tamen ſuppoſitio ſit communis incompletè. Dicamus primò de ſingularitate incompleta.

6
Iuxta hæc 1. Aſſerti 1. p. Illud ſingulare ſufficit ad contradicētes. Ratio.

Singularitas incompleta in ſubiecto propoſitionis ſufficit ad cōtradicentes; quoniam propoſitio negans remouet prædicatū à toto ſubiecto, quod eſt ſingulare, vt dicitur in contradicentium capite. *At* verò in ſyllogiſmis expoſitorijs, cum ſyllogiſmus affirmatione aliqua conſtet, neque enim ex negationibus concludit; nomen, Deus, non eſt medium ſyllogiſticum in conſequentia formali, quia non eſt ſingularis ſuppoſitio cōpleta. Quare non ſequitur, Hic Deus eſt Pater, hic Deus eſt Filius, ergo Pater eſt Filius; quia nomen, hic Deus, licèt ſit ſingulare, & ſupponatur pro vno Deo, ſupponitur tamen ſimul pro pluribus perſonis; & quia ſuppoſitio ſingularis non eſt completa, ſyllogiſmus non eſt expoſitorius, cuius medium oportet, vt ſit ſingulare completum.

2. Pars: In ſyllog. expoſitorijs non ſufficit ad mediū ſyllogiſticū in cōſeq. formali. Oſtēditur.

7.
2. Aſſerti membrum 1. Illa ſuppoſitio cōmunis non eſt perfectè cōmunis. Probatur. 1

Suppoſitio verò communis iſtius nominis, Deus, non eſt etiam perfectè cō- A munis; quod liquet clariſsimè; tum quia ſi ſubiectum ſupponatur communi ſuppoſitione in vtraque, cōtradicentes nō ſunt, vt homo currit, homo non currit: at verò Deus generat, Deus non generat, ſunt contradicentes: ergo nomen Deus non ſupponitur ſuppoſitione communi completa: tum etiam quia nō poteſt nomen iſtud notari ſigno vniuerſalitatis, vt dicamus Omnis Deꝰ generat; ergo ſuppoſitio non eſt pfectè cōmunis. Quòd verò ſuppoſitio iſtius nominis ſit aliquo pacto communis oſtenditur, non ſolùm quia nō poteſt eſſe mediū ſyllogiſticū in ſyllogiſmo expoſitorio, q̄ eſt ſuppoſitio ex parte cōmunis; ſed maximè, B quia hoc nomen habet vt per communem ſuppoſitionem exponatur hoc modo, Deus eſt Pater, Aliqua res, quæ eſt Deus, eſt Pater: quare ſicut non valet conſequentia, *A*liqua res quæ eſt Deus eſt Pater, & *A*liqua res quæ eſt Deus eſt Filius, ergo Pater eſt Filius; ita etiam nō valet, Deus eſt Pater, Deus eſt Filius, ergo Pater eſt Filius. Et ſimiliter iſta propoſitio, Deus non generat, valet perinde, ac ſi dicas, Nulla res, quæ eſt Deus, generat, quæ falſa eſt. Quare non ſequitur, Filius eſt Deus, Filius non generat, C ergo Deus non generat; quia in ſyllogiſmo expoſitorio non colligitur negatio vniuerſalis, ſed indefinita: verbi gratia, Petrus eſt doctor, Petrus non ſcribit, ergo aliquis doctor non ſcribit: ſed non ſequitur, ergo nullus doctor ſcribit. Cum igitur infertur, Filius eſt Deus, Filius non generat, ergo Deus non generat: idem valet ac ſi colligamus; ergo nulla res, quę eſt *Deus* generat: quæ conſequentia nulla eſt. Et ita deprehenditur ſuppoſitio, & incompletè ſingularis, D & incompletè communis in hoc nomine Deus: & quoniam hæc ſuppoſitio communis iſtius nominis, Deus, nō cernitur, niſi cum propoſitio exponitur per alias communes, quæ idem valeant, dicitur à quibuſdam diſtributio extra terminum, quia terminus ipſe Deus non diſtribuitur; ſed extra illum diſtribuitur ſubiectum propoſitionis, per quam illa altera declaratur, vt Deus non generat, declaratur per iſtam, Nulla res, quæ eſt Deus, generat; de qua re Magiſt. diſtinct. 5. & Gregor. 16. q. 1. ad 1. & 2. cum alijs.

Probatur. 2. ex num. 3.
Memb. 2 Eſt aliquomodo cōmunis. Oſtēditur. ex n. 5. & 6.
Oſtenditur. Nomē Deus per communē ſuppoſitionē exponitur.
Declaratur, ... cludendo ... firm. falſam.
Item concludēdo negatiuā
In ſyllogiſmo expoſitorio colligitur negatio vniuerſalis, ſed indefinita.
Exemplum.
Hæc ſuppoſitio communis dicitur diſtributio extra terminum.
Ratio
*Magiſt.* *Gergor.*
8.

Eſto igitur regula certiſsima: Quoties iuxta

1. Reg. ex dictis certa.
Ad ſuppoſ. ſingulare, cauendũ ne deſit ſingularitas completa.

iuxta dialectica præſcripta neceſſe eſt, vt ſuppoſitio ſit ſingularis, cauendum eſt ne in iſto nomine Deus, deſit ſingularitas completa; & hic defectus non accidit in propoſitione negante; quia negatio remouens prædicatum à Deo, remouet etiam à perſonis, vt diximus.

9.
2. Regul.
Pro concluſ. indefinita aut ſingulari, cauendum ab vniuerſali.
Exemplum.

Secunda regula poteſt addi ex dictis, quòd vbi ſyllogizando neceſſariò colligitur concluſio indefinita, aut ſingularis, cauendum eſt, ne nomen Deus faciat propoſitionem vniuerſalem; nam benè ſequitur, Petrus eſt doctor, vel eſt hic doctor, & Petrus non ſcribit, ergo aliquis doctor vel hic doctor non ſcribit. Sed nomen Deus concluſionẽ negantẽ efficit non indefinitam, aut ſingularem, ſed vniuerſalem, vt in ſyllogiſmo prædicto, Filius eſt hic Deus, Filius non generat, ergo hic Deus non generat, quia valet idem atque nulla res, quæ eſt hic Deus, generat: & hæc ſunt, quæ videntur variari in ſuppoſitione iſtius nominis.

10.
3. Aſſertum.
Cũ prædicatũ & ſubiectũ eſt eſſẽtiale, rectè ſyllogizamus ſiue affirmationem, ſiue negationem ccludendo.
Ratio ex n. 5. & 6.

Cum verò prædicatum, & ſubiectum eſt eſſentiale, rectè ſyllogizamus nominibus vſi diuinis ad artem dialecticam ſyllogiſticam, ſiue affirmationem, ſiue negationem concludendo; quia ſuppoſitio nominis Deus, in his omnibus eſt ſingularis completè; licèt enim ſupponatur pro perſonis, ſupponitur tamẽ pro omnibus ſimul; & ita enunciationes ſingulares æquiualent vniuerſalibus ex parte ſubiecti: & quia ſuppoſitio nominis Dei, non eſt communis, cum ipſum nomen commune non ſit, in iſtis eſſentialibus poteſt dici ſingularis completè, eò quòd non accidat defectus incompletæ ſingularitatis.

11.
Obiectio.

Quòd ſi obijcias conſequens eſſe, vt hæ non ſint contradicentes, Deus eſt omnipotens, Deus non eſt omnipotẽs, ſed potiùs eſſe contrarias, quia æquiualent vniuerſalibus, Omnis res quæ eſt Deus creat, nulla res quæ eſt Deus creat. Caiet. quidem negaret affirmantem æquiualere vniuerſali, quia ait nomen Deum non ſupponi pro perſonis, niſi prædicatũ ſit notionale. Quòd ſi cũ Capreolo ſentiamus in his enunciatis nomen Deum, etiã pro perſonis ſupponi: Reſpondendũ eſt, illã propoſitionẽ, Deus eſt omnipotẽs, etſi æquiualeat vniuerſali, non tamen ideo nõ eſſe ſingularẽ; quia propter vnitatẽ realẽ naturæ cũ

Ex *Caiet.*
1. Reſp. negãs quod in 2. cõceditur.
Ex *Capreol.*
2. Reſponſ. concedens hãc Deus eſt omnipotẽs, æquiualere vniuer

personis, ſupponitur nomen Deus ibidem pro perſonis, ſed cũ natura vna ſit eadẽ neceſſariò cõiũctis; quare de his ſimul affirmare, & negare eſt impoſſibile; & nõ ſunt cõtrariæ, ſed contradicentes. Cũ verò dicitur, Omnis homo currit, Nullus homo currit, nomen homo, ſignificat naturã communem ſola ratione, quæ re ipſa eſt diuerſa, & ita non ſignificat vnam naturam coniunctam cũ multis perſonis, vt de omnibus aut affirmetur, aut negetur, ſed poteſt affirmari de vna; & negari de alia, & poſſunt eſſe ambæ vniuerſales enunciationes falſæ, & idcirco ſunt contrariæ.

ſali, ac ſimul ai eſſe ſingularem.
De his, Omnis homo currit, Nullus homo currit, diuerſa ratio vt ſint contrariæ, non contradicentes.

12.
Aduert.
Syllogiſmi de quibus in 3. aſſerto. ſunt conſequentiæ materiales.

Sed vt ad ſyllogiſmos redeamus, aduertendum eſt, quòd cum illos reſtringimus ad eſſentiales terminos, aimus eſſe non formales conſequẽtias, quæ in omni materia bonæ ſunt; ſed eſſe conſequẽtias, quas dicunt materiales, quæ bonæ ſunt in materia, putà cum nomina ſyllogiſmo contenta eſſentialia ſunt, quæ ſignificant eſſentialia, non perſonalia.

13.
2. Dub. de nominibus abſtractis.
1. Reſponſio.
Hæc nomina nõ habere ſuppoſitionẽ completè ſingu-
Ratio.
Fuit hæc olim ſent. auctoris.
Refellitur.
Nihil refert quòd verificẽtur de perſonis, ſi non accipiuntur pro illis

De nominibus verò abſtractis aliter dicendum; neque enim ſupponuntur pro pluribus, ſed ſolùm pro re ipſa ſignificata in illa abſtractione. Et ſunt qui exiſtimẽt nomina ipſa diuina abſtracta, vt Deitas ſiue hæc Deitas, non habere ſuppoſitionem completè ſingularem: quia etſi non ſupponuntur pro perſonis verificantur (vt aiunt dialectici) de illis, id eſt, verè affirmantur de illis. Cui opinioni dudum conſenſimus; ſed veritatẽ ponderantes exactiùs, arbitramur ſuppoſitionem nominum abſtractorum ſingularem, eſſe completè ſingularẽ. Quid enim intereſt vtrùm verè affirmẽtur de perſonis, ſi non accipiuntur pro illis, quominùs ſit ſuppoſitio completè ſingularis. Expendendum ergo qua ratione excludatur à vero ſyllogiſmo hic paralogiſmus; Deitas eſt Pater, Deitas eſt Filius, ergo Pater eſt Filius.

14.
2. Reſponſ.

Sunt qui velint nomina abſtracta reijcienda eſſe à ſyllogizandi arte, quia nõ coniunguntur ſuppoſitione cũ alijs nominibus concretis, ſed potiùs diuiduntur: at verò in coniũctione extremorum verſatur ars ſyllogiſtica.

15.
Refellitur.

Sed hæc pro libito aſſeruntur: omni enim enunciato vti licet ad arguendum; nam à vero verum deriuatur, ſi rectè obſeruantur dialectica præſcripta.

16. 3. Reſponſ. non abs re Vaſq. d. 123. cap. 2. argui ab identica ad formalem.

Quidam igitur nō abs re aiunt argui ab identica ad formalem contra leges dialecticas. Nam præmiſſæ ſunt identicæ prædicationis, ſcilicèt Deitas eſt Pater, Deitas eſt Filius; conſequens verò eſt formalis prædicationis, Pater eſt Filius: de identica autem ad formalem variantur termini in ſenſu verborum; nam in præmiſſis dicitur, Deitas eſt Pater, ſcilicèt eſt idem quod Pater; & totū hoc eſt extremitas illius propoſitionis, ſcilicèt idem quod Pater: qui terminus ſi ponatur in conſequenti, verum erit, quòd Filius eſt idem quod eſt Pater, ſcilicèt eadem eſſentia.

17. 4. Reſponſ. argui à non relatiuis ad relatiuū oppoſitū, quæ eſt fallacia accidentis. S. Thom.

Sed melius dicendum argumentum procedere à non relatiuis ad relatiuum oppoſitum, quæ eſt fallacia accidentis cap. ſequenti elucidanda, quod aiunt mutari quid in aliquid. Et ita docet S. Thom. q. 8. de potent. artic. 2. ad 6. & idem innuit 1. p. Hæc enim res ſcilicèt eſſentia diuina, eſt idem cum relatis, quæ non ſunt idem inter ſe; & in illo paralogiſmo prædicantur relata de abſoluto in vtraque præmiſſa, in concluſione verò prædicatur relatum de relato. Inſtantia ſiue exemplum eſt à re philoſophica: nam hic motus eſt actio, & hic motus eſt paſsio; ſed non probè colligitur, ergo actio eſt paſsio, quia mutatur quid in ad aliquid.

18. Obiectio de nominibus abſolutis ſignificantibus relationē, vt cap ſeq. n. 7.

Sed contra iſtud reſponſum adhùc vrget argumentum. Nam ſi vtamur nominibus abſolutis, Deitas eſt hæc perſona, Deitas eſt illa perſona, ergo hæc perſona eſt illa; non mutatur quid in ad aliquid, cum perſona ſit nomen abſolutum, ſicut Deitas; & tamen eſt paralogiſmus ex veris falſum concludens.

Solutio.

His nominib' ſublitet relatio abſoluto conceptu.

Reſpondēdum eſt perſonas diuinas eſſe relationes, etſi cōceptu abſoluto ſignificentur; quare his nominibus abſolutis ſublitet relatio; & idcircò accidit in illis fallacia accidentis, mutando quid in ad aliquid, vt explicabimus cap ſequēti: Itaq; hoc nomine, perſona, in diuinis relatio eſt res cognita conceptu quodam confuſo, licèt abſoluto: quare nihil mirum quòd in ipſis nominibus abſolutis contingat fallacia; & benè illud aduertit ratio apprehendens relatiuum abſoluto conceptu.

19. Fallacia hæc accidentis amplisſima eſt, & idcircò diximus meliùs ſolui argumentum illud prius data ſolutione Sancti Thomæ de fallacia iſta.

20. Sect. 2. de alijs conſeq. De conuerſione, vt n. & p. 1. n. 21.

De alijs verò conſequentijs dialecticis longum eſſet, & faſtidij plenum ſigillatim diſputare. De conuerſione iam ſupra obſeruauimus non eſſe firmam conſequentiam in nominibus notionalibus; neque enim valet conſequentia, generans eſt eſſentia, ergo eſſentia generat, quia variatur ſuppoſitio; & ſi qua alia documēta ſunt dialecticis neceſſaria, ex nominis Dei ſuppoſitione iā tradita depromenda ſunt.

21. De conſeq. à negatione ad affirmationem aut contra, variatis prædicatis finitis & infinitis.

Eſt tamen dubium vtrùm valeat cōſequentia, quam Ariſtotel. ponit à negatione ad affirmationem, aut contra ab affirmatione ad negationem variatis prædicatis finitis, & & infinitis; verbi gratia, Petrus, qui exiſtit, non eſt albus, ergo eſt non albus; vel Petrus eſt non albus, ergo non eſt albus. Vt ſimiliter arguamus, Deus eſt non Filius, ſiquidem eſt Pater, qui non eſt Filius; ergo Deus non eſt Filius. Quidam aiunt conſequentiam non eſſe bonam; quia conſequens eſt falſum, Deus non eſt Filius; & exiſtimant antecedens eſſe verū, Deus eſt non Filius; quo fit, vt cōſequētia bona non ſit, cuius antecedens ſit verum, & conſequens falſum.

Exemplum.

1. Sent. um nō eſſe bonam. Ait verum eſſe hoc antecedēs, Deus eſt non Filius.

22. Pro reſol. Prænot. Priuatio fundatur in re ipſa, & ita nomē priuatiuū quodammodo eſt nomen rei. Nō ſic infinitum. In diuinis hoc explicatur.

Sed antequam noſtram ſententiam aperiamus, aduertendum eſt, nomina infinita differre à priuatiuis, quia priuatio fundatur in re ipſa cuius eſt priuatio; & ita nomē priuatiuum quodammodo eſt nomē rei: nomē autē infinitū, vt nō albū, nō eſt nomē rei, ſed quadā infinitate qua negat vnum, affirmatur de omni alio, & ideo dicitur nomen infinitum: in diuinis verò, etſi non ſint priuationes propriæ, vt expoſuimus, nomina tamen priuatiua aliquid indicant, in quo fundantur: quare non idem eſt dicere ingenitum, & non Filium; ingenitum enim eſt nomen perſonæ, vtpotè notio Patris; nō Filius verò non eſt nomen perſonæ, aut naturæ, ſed ſolum ſignificat negationem modo quodam infinito, vt affirmetur de quouis alio, qui non ſit Filius. Neque his contraria docet S. Auguſtin. libr. 5. de Trinit. cap. 7. voluit enim ingenitum infilium dicere, ſi Latinus ſermo id pateretur; explicat autem ingenitum per non Filium, vt declaret non pertinere ad eſſentiam, ſed ad relatiua perſonarū. Non eſt autē idē ſignificatione ingenitū, & non Filius, vt probatū eſt.

Non idem eſt dicere ingenitū, & non Filiū.

S. Auguſt. explicatur.

Dicendum

23\.

2\. & vera ſent. cam eſſe bonã

Exemplum.

Dicendum ergo eſt regulam dialecticam commutatis nominibus finitis, & infinitis, etiam in hac diſputatione obſeruandam eſſe, vt Filius non eſt Pater, ergo eſt non Pater; Filius eſt non Pater, ergo non eſt Pater. Et illa etiam bona conſequentia eſt, Deus eſt non Pater, ergo Deus non eſt Pater: ſed antecedẽs eſt falſum, ſicut & conſequens.

Illud antecedens eſt falsũ. Probatur hoc.

Probatur quòd antecedens ſit falſum, in quo aduerſarij diſſentiunt: quoniã in iſta enunciatione, Deus eſt nõ Pater, nomẽ Deus non ſupponitur pro Filio, aut pro Spiritu Sancto; prædicatum enim non eſt aliquod notionale, vt faciat nomen Deum ſupponi pro his perſonis duabus, ſed

B

prædicatum eſt, non Pater, ſignificans negationem Patris incluſam in nomine infinito: vel ergo nomen, Deus, ſupponitur ibi pro natura, & eſt ſenſus, quòd natura diuina ſit non Pater, & eſt falſa propoſitio;

Si nomen, Deus, ſupponatur pro natura, antecedentis falſus ſenſus.

Item pro omnibus perſonis falſus ſenſus.

vel ſupponitur pro omnibus perſonis, quod magis conſentaneum eſt, & ſit ſenſus, quòd nulla perſona ſit Pater; qua etiam ſignificatione falſa eſt propoſitio.

Confirm.

Et confirmatur, quoniam nomen infinitum ſua ſignificatione remouet id, quod nomen finitum ponebat: ergo cum dicitur Deus eſt non Pater, remouetur Pater;

In iſta Deus eſt non Pater, remouetur Pater à Deo, ſicut in iſta, Deus non eſt Pater.

C

haud dubiè autem remouetur à ſubiecto propoſitionis, ſcilicèt à *Deo*, de quo prædicatur non Pater: ſed propoſitio illa, Deus non eſt Pater, ideò falſa eſt, quia Pater remouetur à Deo; ergo & iſta propoſitio, Deus eſt non Pater, falſa eſt: & iſta eſt vis, efficaciaque conſequentiæ in terminis infinitis, quia ab eodem à quo remouetur forma ſignificata per nomen infinitum, negatione incluſa nomine ipſo infinito, remouetur etiam forma ſignificata per

D

nomen finitum, quando negatio antecedit verbum, eſt, in propoſitione negãte, vt Petrus eſt non albus, aut non eſt albus; ergo in iſta Deus non eſt Pater, remouetur Pater à Deo, ſicut in iſta, Deus eſt non Pater; ergo vtraque falſa eſt.

Probatur 2. exẽplo huius, Homo eſt nõ riſibilis.

Et idem oſtenditur, quoniam iſta propoſitio, Homo eſt non riſibilis, eſt falſa, quia quamuis homo ſit admiratiuus, quod non eſt eſſe riſibilem, tamen cum dicitur, eſt non riſibilis, remouetur riſibilitas ab homine; ergo quãuis Deus ſit Pater, qui non eſt Filius, falſum eſt dicere, quod Deus ſit non Pater, quoniã ab ipſo Deo remouetur Pater. Et con-

A

firmatur, quoniam Pater eſt quid intimè coniunctum diuinæ eſſentiæ, & per identitatem idem: igitur ſi non riſibile non poteſt prædicari de homine, quia riſibile eſt neceſſariò coniunctum cum illo, licèt per accidens; multò minùs non Pater prædicatur de Deo, cum Pater ſit per identitatem intimum Deo, & nullo modo ſeparabile. Eſt igitur falſa propoſitio, Deus eſt non Pater, quod eſt antecedens in illa conſequentia, Deus eſt non Pater, ergo Deus non eſt Pater; & eſt conſequentia bona, ſed antecedens eſt falſum, ſicut & conſequens.

Confirm.

B

## CAPVT XXXII.

### *De fallacijs in vſu nominum diuinorum.*

1\.

Dialecticas quæſtiones eo ſtudio tractauimus, ne Theologus in his diutiùs, quàm par eſt cunctetur; & nouerit tamen ea, quæ difficilia ſint, ſi occurrant, expedire. Supereſt vltimo loco vt captiones, quas euitandas docuit Ariſtot. in libris Elenchorum, breuiſsimè perſtringamus.

De Captionibus.

*Ariſt.*

2\.

1\. Captio, ſeu fallacia, eſt æquiuocationis, eaq; notiſsima.

Nomen, hæc res, æquiuocũ, ſeu pluriũ conceptuum.

Fugienda primùm eſt captio æquiuocationis, quæ notiſsima eſt. Et recolen-

C

dum eſt nomen, hæc res, eſſe æquiuocũ: nam cum hoc nomine indicamus, vel eſſentiam, vel perſonam, vel vnum attributum, vel aliud, pluribus conceptibus ſingula indicamus, & æquiuocè; quarè non ſunt contradicentes enunciationes, neque propoſitiones in ſyllogiſmo conſtant iiſdem terminis, etſi nomẽ hæc res repetatur, ſi modò perſona, modò eſſentia iſto nomine indicatur; alias eſſent veræ contradicentes, Hæc res ge-

Oſtenditur ſi modò perſonam, modò eſſentiam indicat.

D

nerat, oſtenſo Patre, & hæc res non generat, oſtenſa eſſentia.

Confirm ex *Conc. Later.* definiẽte quòd illa res, ſcil. eſſentia, neque generat, neque generatur.

Et hoc confirmatur auctoritate Concilij Later. vbi definitur, quòd illa res ſimpliciſsima, ſcilicèt eſſentia, neque generat, neque generatur. Quòd ſi nomen, illa res, vel hæc res, quod ſignificat eſſentiam, conceptu eodem ſignificaret Patrem, vera eſſet enunciatio, hæc ipſa res generat, & eſſent contradicentes veræ; & idem obſeruandum eſt in ſyllogiſmis.

Oſtenditur 2. ſi modò volũtatem, modò intellectũ indicat.

Eodem modo, ſi nomine, hæc res, oſtendas diuinam voluntatem, falſum eſt enunciatũ, Deus intelligit per hanc rem, ſcilicèt per voluntatem; ſi verò eodem nomine

A ostendas intellectum diuinū, verum eſt quòd *Deus* intelligit per hanc rem. Eſt itaque nomen, hæc res, æquiuocum, quod S. Thom. etiam obſeruauit in 1. diſt. 35 in expoſitione textus: & ita hæc res ab illa, in philoſophia diuina diſtinguitur ſola ratione formali; quia nomine hæc res, ſignifico intellectum, & nomine illa res; ſignifico voluntatem, & abſque dubio eſt nomen æquiuocum. Similiter contingit ſæpiſsimè in ipſis enunciationibus diuinis ſenſus amphibologicus: qui euitandus, & explicandus eſt.

*S. Thom.*
Hæc res ab illa, in philoſophia diuina diſtinguitur ſola ratione formali.

3.
2. Fallacia ſenſus compoſiti & diuiſi.

Secunda eſt fallacia ſenſus compoſiti, & diuiſi; quæ accidit in vſu nominum B diuinorum, maximè mutato numero ſingulari, & plurali: verbi gratia, Deus eſt Pater, & Filius; Pater, & Filius ſunt duæ perſonæ; ergo Deus ſunt duæ perſonæ, vel Deus eſt duæ perſonæ; quod conſequens vtrumque à latinitate ſermonis abhorret. Concludendum eſt ergo accommmodatè, ergo Deus eſt vna perſona, & alia, vt conueniat numerus cum latinitate. Dominicus Sotus exiſtimat nomina diuina propter myſterium Trinitatis non poſſe obſeruare numerū grammatices, ſed abſolui à numero, vt ait. Verùm nomina tunc abſoluuntur à C numero, cum numerus non curatur, & ponitur pluralis pro ſingulari, aut ſingularis pro plurali, vt illud, *Latrones improperabant ei*: in illo autem ſyllogiſmo, argumento concluditur ipſe numerus perſonarum: quare nomina non ſūt à numero repellenda, ſed eſt numerus cum latinitate indicādus. Et S. Thom. quia dixerat, Pater, & Filius eſt Deus; quæ propoſitio vera quidem eſt, ne tamen videretur vna perſona ſignificari in numero ſingulari, correxit ſententiam, & dixit, Pater, & Filius ſunt Deus; adeò obſeruans fuit locutionis in his nominibus. D

Hæc accidit maximè mutato numero ſingulari & plurali.
Exemplum in ſyllogiſmo quodam.
Hic corrigit.
*Dom. Soti* exiſtimatio.
Refutatur.
Nomina quādo abſoluūtur à numero.
*Matth. 27.*
In illo ſyllog. numerus grāmatices nō repellitur, ſed eſt cum latinitate indicandu, & corrigēdus vt ſupra.
*S. Thom.* accuratè loquens.

4.
3. Fallacia eſt accidentis cōmuniſsima.

Tertia fallacia eſt accidentis communiſsima: dicitur enim accidēs, quicquid cum alio comparatum differt quomodolibet ab illo; & ita eſt hæc fallacia ampliſsima, quæ ſolùm in terminis ſynonimis poteſt omninò euitari. Variatio ſuppoſitionis pars eſt iſtius fallaciæ, vt illud, Pater eſt eſſentia, Pater generat, ergo eſſentia generat. Quæ conſequentia non valet propter diuerſā ſuppoſitionem, vt ſupra diximus: & eodem A modo non valet, generans eſt eſſentia, ergo eſſentia generat. Præterea ſi arguas ab eo, quod eſt ſecundum aliquid ad id quod eſt ſimpliciter, captio eſt accidentis; verbi gratia, Pater & Filius ſecundum eſſentiam non diſtinguuntur, ergo ſimpliciter non diſtinguuntur: antecedens eſt fidei Chriſtianæ aſſertum, conſequens hæreticum. Ad idem genus captionis attinet, cum quid mutatur in ad aliquid, ſcilicèt abſolutum in relatiuum concludendo affirmatiuè; relatiua enim magis opponuntur, quàm abſoluta. Quare non valet conſequentia; Omnis perfectio eſt in Filio, Paternitas eſt B perfectio, ergo Paternitas eſt in Filio; quia perfectio eſt quid abſolutum, vt diximus, & in conſequente mutatur in relatiuum; vel concludendo negatiuè, ſi mutatur ad aliquid in quid, ſcilicèt relatiuum in abſolutum hoc modo; Paternitas eſt quædam perfectio, Paternitas non eſt in Filio, ergo quædam perfectio non eſt in Filio. Quem defectum captionis Sanctus Thomas notauit. Similiter non valet affirmando, hæc res eſt Paternitas, hæc res eſt ſpiratio, ergo Paternitas eſt ſpiratio, quia mutatur ab ſolutum in relatiuum, affirmante con- C cluſione: vel negante, relatiuum in abſolutum, hoc modo, Paternitas non eſt ſpiratio, Paternitas eſt hæc res: ergo hæc res non eſt ſpiratio. Denique curandū eſt, ne ab identica ad formalem affirmando arguamus, aut à formali ad idēticam negando.

Contingit 1. cum variatur ſuppoſitio.
2. cū arguitur ab eo quod eſt ſecūdum aliquid ad id qd eſt ſimpliciter.
3. cū mutatur quid in ad aliquid, concludendo affirm.
Exemplum.
Vel concludēdo neg. cum mutatur ad aliquid in quid.
Exemplum.
*S. Thom.*
Aliud exempl. cōcluſionis affirm.
Aliud exempl. cōcluſ. neg.
4. Cū arguitur ab identica ad formalē affirmando; vel cōtra negādo.

5.
Aduert.

Eſt etiam obſeruandum, quòd à non reſtricto ad reſtrictum affirmando nulla eſt conſequentia, quia tunc cōſequēs affirmat aliquid amplius, quàm antecedens; verbi gratia non ſequitur, Homo currit, ergo homo albus currit, poteſt enim currere homo, qui non ſit albus. Et contra negando nō valet à reſtricto ad non reſtrictum; quia qui ne- D gat, quod reſtrictum eſt, minus negat, & ita antecedens negat minus, quàm cōſequens; infirma enim cōſequentia eſt, Nullus homo albus currit, ergo nullus homo currit; quia eſto nullus currat, qui alb⁹ ſit, alij qui nō ſint albi poſſūt currere. Aduertēdū igitur eſt qđ id qđ dicitur ſimpliciter, & relatiuè, & formaliter eſt magis reſtrictum; id autem quod dicitur ſecundum quid, & ſine relationis oppoſitione, & identicè, eſt minùs reſtrictum

A nō reſtricto ad reſtrictum affirmādo non valet conſeq.
Exemplum.
Itē neq; cōtra à reſtricto ad non reſtrictū negando.
Exemplum.
Declaratur.
Tria magis reſtricta.
Tria minùs reſtricta.

Ab illis tribus ad hæc tria arguimus affir. Oſtenditur.

Ab his tribus ad illa tria arguimus neg. Oſtenditur.

Exemplum malæ cõſequẽtiæ ab identica ad formalem affirmatiuè.

ctum: quare ab illis tribus ad iſta tria arguimus affirmatiuè. Nam ſi ſimpliciter eſt idem, etiam ſecundum quid erit idem; ſi in oppoſitione relatiua eſt idẽ, abſque illa erit idem; ſi formaliter eſt idem, etiam erit identicè idem. Ab iſtis verò tribus ad illa tria arguimus negatiuè. Nam ſi neque ſecundum quid, neque in conſideratione abſoluta, neque identicè eſt idem, multò minùs erit idẽ ſimpliciter, & formaliter, & in relatiua conſideratione, ab identica ad formalem. Supereſt vt ponamus exemplum: Pater eſt eſſentia, Pater generat, ergo eſſentia generat: nam illa propoſitio, Pater eſt eſſentia, eſt identica; iſta verò, Eſſentia generat, eſt formalis.

6\.

1\. Dub. quæ fallacia ſit in hac conſeq. Pater eſt, &c.

1 Reſponſ. In conſequente effici ſenſũ vniuerſalem.

Obiect.

Solutio.

Eſt tamen dubium, quæ fallacia ſit in iſta conſequentia, Pater eſt eſſentia, Pater non eſt Filius, ergo eſſentia non eſt Filius. Nam ſi dicas in conſequente effici ſenſum vniuerſalem, Nulla res, quæ eſt eſſentia, eſt Filius. Contra arguitur, quoniam eſſentia ſupponitur pro ſola eſſentia; ergo non facit propoſitio illum ſenſum. Reſpõdetur tamen etiamſi eſſentia ſupponatur pro ſola eſſentia, verificari tamen de perſonis, ſicut cum dicitur, Pater eſt eſſentia, & hoc ſatis eſſe vt concluſio illa æquiualeat vniuerſali, ſcilicèt Nulla res, quæ eſt eſſentia, eſt Filius. Hæc tamen reſponſio non ſatis placet, quia in re dialectica non eſt attendendum ſignificatum nominis, ſed modus ſignificandi, & ſuppoſitio, vt anteà docuimus: eſſentia autem diuina ſignificat rem vnam abſtractè, & ſupponitur pro illa: ergo non æquiualet vniuerſali, cum non accipiatur pro pluribus; neque illud eſt vitium iſtius paralogiſmi. Reſpondetur ergo meliùs, quòd mutatur ad aliquid in quid negatiuè; nam cum dicitur, Pater non eſt Filius, negatur relatiuum de relatiuo; cum verò colligitur, ergo eſſentia non eſt Filius, negatur relatiuum de abſoluto. Exemplum eſt in rebus creatis, actio non eſt paſſio, actio eſt motus, ergo motus non eſt paſſio; nulla eſt conſequentia, quia mutatur ad aliquid in quid negatiuè; dicitur enim, Actio non eſt paſſio in relatiua oppoſitione; & colligitur; ergo motus non eſt paſſio, in quibus non eſt oppoſitio relatiua.

Hæc reſponſ. improbatur. In re dialectica non eſt attendendum ſignificatum nominis, ſed modus ſignificandi, & ſuppoſitio, vt cap. 22. n. 3.

2\. Reſponſ. mutatur ad aliquid in quid negatiuè.

Exemplum in actione, paſſione, & motu.

7\.

2\. Dub. ſi vtamur nominibus abſolutis, vt cap. 31. n. 18

Quòd ſi vtamur nominibus abſolutis, vt capite præcedenti arguebamus, in hunc modum, Iſta perſona eſt Deitas, & illa perſona eſt Deitas; ergo iſta perſona eſt illa perſona; non facilè apparet fallacia accidentis. Nam etſi reſpondeamus, his nominibus abſolutis ſignificari relatiua, quæ ſunt diuinæ perſonæ: hoc identidem reſponſum refellimus, quia in dialecticis non attendimus res ſignificatas, ſed modum ſignificandi. Reſpondendum tamen eſt, in fallacijs non ſolùm animaduerti modum ſignificandi dialecticum, & grammaticum; ſed modum etiam ſignificandi relatiuè, aut abſolutè, qui pertinet ad res ipſas ſignificatas, prout à nobis intelliguntur. Nam actio, ſiue paſſio, & motus non differunt modo ſignificandi grammatico, aut dialectico, cum omnia ea nomina ſint ſubſtantiua, & abſtracta. Et tamen ſi conficiamus ſyllogiſmum, Omnis actio eſt motus, omnis motus eſt paſſio, ergo omnis actio eſt paſſio, euenit fallacia accidentis, & mutatur quid in ad aliquid, eò quòd motus non opponitur relatiuè ad actionem, aut paſſionem, ſicut actio, & paſſio opponuntur. Et conſiderandum eſt, non idcircò ſyllogiſmum ex vniuerſalibus non eſſe conſequentiam formalem, quamuis contingat deceptio in illo abſque defectu ſuppoſitionis. Satis enim eſt fallacia accidentis inuenta in ipſis rebus ſignificatis, vt in forma illa ſyllogiſtica concludatur falſum. Eadem autem fallacia accidentis contingit in nominibus abſolutis, quæ ſignificant relatiua, vt ſi actionem, & paſſionem ſignificemus his nominibus, hæc res, illa res; ſatis enim eſt quòd conceptibus abſolutis apprehendamus relatiua, vt contingat fallacia accidentis, quando à coniunctione relatiuorum cum abſoluto, colligimus coniunctionem relatiuorum inter ſe. Neque idcircò forma ſyllogizandi non eſt bona, quamuis in ea opus ſit cauere à fallacia accidentis. Hæc captionum documenta vtiliſsima ſunt, etiam ad hæreticorum cauillos noſtra ætate obmurmurantium, quàm facillimè refutandos.

Reſponſ.

Obiectio.

Solutio. In fallacijs nõ ſolùm attenditur modus ſignificandi dialecticus, & grãmaticus, ſed etiam relatiuè, aut abſolutè.

Exemplum in actione, paſſione, & motu.

Non idcircò forma ſyllogizandi non eſt bona, quamuis in ea cõtingat fallacia accidẽtis.

Hæc fallacia cõtingit in nominibus abſolutis, quæ ſignificant relatiua, vt hæc res, illa res, &c.

Documentorum de captionibus vtilitas.

8\.

4\. Fallacia ignorationis elẽchi, cum afferuntur vt contradicẽtes quæ non ſunt.

Eſt etiam in vſu nominum diuinorum fallacia ignorationis Elenchi, cum afferuntur vt contradicentes, quæ non ſunt. Propria enim materia Elenchi ſunt contradicentes veræ, aut falſæ. Nam propter defectum artis dialecticæ,

cæ, ſunt contradicentes apparentes, quæ verè non ſunt contradicentes, de quibus iam diſputauimus.

8. Item cum arguitur à non cauſa vt cauſa.

Denique in nominibus diuinis, contingit vt arguamus à non cauſa, vt cauſa; quamuis enim in Deo non ſit cauſa, eſt tamen principium, vel reale in origine, & proceſsione, vel rationis in operatione eſſentiali: vt ſi quis ſyllogizando aſſumeret Deum intelligere per voluntatem, quod eſt falſum: aut Patrem, quatenùs Deus eſt, generare, quod eſt explicandum; aliàs conſequitur, vt omnis perſona, quæ eſt Deus, generet: ſed Pater, quatenùs Deus, habet principium formale generandi, ſcilicèt Deitatem in Patre, vt libro 2. docuimus, vt principium generandi non ſit Deitas abſolutè, ſed Deitas in Patre; & idcircò illa reduplicans dictio, quatenùs Deus, explananda eſt: & in alijs ſimilibus procurandum, ne accipiamus non cauſam, vt cauſam; cauſa autem explicatur dictione reduplicante.

1. Exemplum.

2. Exemplum.

Lib. 2. cap. 16. p. 2.

Principium generandi non eſt Deitas abſolute, ſed Deitas in Patre.

# FINIS LIBRI QVINTI.

# LIBER VI.

# DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI

## CAPVT PRIMVM.

*Spiritus Sanctus eſt nomen proprium diuinæ perſonæ.*

A VLTIMA tractatio de Trinitate diſputãtibus, eſt de miſsione diuinarũ perſonarum, de qua D. Thom. 1. p. q. 36. ar. 1. & in 1. diſt. 10. art. 4. cum quibus conſentimus, poſtremum hunc librum de miſſu, aut de miſsione (vt frequentiùs aiunt) Spiritus Sancti ad nos, inſcribentes. A nomine autem perſonæ, quæ mittitur, exordiendum; nam & Moyſes cum ad curandam libertatem ſuorum, à Domino ad gentẽ Pharaonemque Regem Ægypti allegaretur, rectè nomen eius, à quo mittebatur, quæſiuit. Nos verò nomen eius, qui mittitur, æquo iure inquirimus explicãdum; cum ſit nomen eius mirabile: maximè, quia diuina perſona ad hoc mittitur præcipuè, vt innoteſcat, quod poſteà dicendum; Deus enim omnia facit in gloriã ſuam. Affirmat enim, quòd propter ſe ipſum faciat omnia, non cauſa vtilitatis, ſed nominis (id eſt gloriæ ſuę) opus igitur eſt, vt nomen diuinæ perſonæ, quæ ad nos mittitur quæramus.

S. Thom.

Deus omnia facit in gloriã ſuam. *Prouerb. 16*

B

¶ Caput diuidimus in partes duas:

C

Prima pars: *Nomen Spiritus Sancti, rectè accommodatum eſt diuinæ perſonæ.*

Secunda pars: *Hoc nomen Spiritus Sancti, non eſt proprium diuinæ perſonæ, ſed accommodatum.*

### PRIMA PARS.

*Nomen Spiritus Sancti, rectè accommodatum eſt diuinæ perſonæ.*

HOc nomen Spiritus Sancti poteſt eſſe tribus diuinis perſonis commune, ſi accipiatur, vt nomen naturæ diuinæ: quia ſcilicèt Deus ſpiritus eſt, & ſanctus, ſpiritus ſanctus Deus eſt: ſimiliterque Pater, ac Filius; quia Pater ſpiritus eſt, & ſanctus; itemque Filius. Quod obſeruat S. Auguſt. 6. de Trinit. cap. 2. & iſta nominis vſurpatione Trinitas beata eſt ſpiritus ſanctus. Idem ſentit S. Bernardus in Pentecoſt. ſerm. 3. vbi etiam Patrem vocat ſpiritũ principalem, eò quòd ſit principium diuinarum perſonarum, & Filium appellat ſpiritum rectum, quòd formam probitatis attulerit; quod videtur S. Bernardus accepiſſe à S. Hieronymo ad Galat. 4. vbi etiam Patrem ſpiritum principalem interpretatur, & Filium ſpiritum rectum; admonens tamen, ne ipſum Spiritum Sanctum cum Patre, aut Filio, nominibus confundamus.

1. Si nomen, ſpiritus ſanctus, accipiatur vt nomen naturæ diuinæ, eſt cõmune omnibus tribus perſonis.

S. Auguſt.

S. Bern.

S. Hieron.

At verò S. Thomas, aliã notã has ſignificationes diſtinguit. Nam ſi hoc nomẽ accipiatur, vt eſt concretum ex duobus, commune eſt Trinitati; ſi verò ſumatur, vt ſimplex nomen, quod vocant dialectici compoſitę figurę, proprium eſt Spiritus Sancti. Sed nihil prohibet etiam, vt eſt compoſitum, effici proprium Spiritus

2. S. Tho. 1. p. q. 36. art. 2. ad 1. Si ſumatur vt nomen concretum ex duobus, eſt cõmune: ſed poteſt effici propriũ.

Si ſumatur vt ſimplex, eſt proprium.

ritus Sancti: Cum enim ſimplex nomen, Spiritus, aliquando pro perſona Spiritus Sancti ſumatur, pro eadem perſona illud licet vſurpare, ſi addas ſanctum: alia quippè diuerſa ſignificatione nomē iſtud Spiritus Sācti nota eſt diuinæ perſonæ, non naturæ; ita vt non ſit Spiritus Sanctus Trinitas, ſed in ſancta Trinitate perſona vna.

3\.

Quare nomē, Spiritus Sācti vni ſit diuinæ perſonæ ſingulatim attributum?

Ratio *S. Auguſt.*

Quamobrem opus eſt exponere rationem huius nominis Spiritus Sancti, ob quam ſit vni diuinæ perſonæ ſingulatim attributum? S. Auguſtinus cauſam indicat appellationis, quoniā perſona hæc procedit à Patre, & Filio, vt amor vtriuſque communis, & amborum communio, ſiue coniunctio: ideò nomē accepiſſe, quod eſt ambobus commune; ita vt dicatur propriè hoc ipſo nomine quo Pater, & Filius dicuntur communiter. Quod S. Auguſtini dictum refert S. Thom. 1.p. q.36. art.1. Eadem dixit S. Anſelmus, S. Auguſtini perpetuus auſcultator Monolog. cap.55. Rectè quidē iſtud, ſed non ſatis: nam & alia nomina ſunt Patri, & Filio communia, è quibus aliquod poſſet in eandem perſonā quadrare. Et illud S. *Aug.* addubitando dixit. *Idèò* (inquit) *fortaſsè ſic appellatur.*

Eam refert *S. Thom.*

Sequitur *S. Anſelmus*

Hæc ratio nō ſufficit.

4\.

Vera ratio ex etymologia.

Hoc nomen ab ſpirādo ductum.

*S. Thom.*

*S. Bernard.*

Igitur nominis attributio, ab ipſa nota nominis, ſiue etymologia deriuanda eſt: dicendumque nomen Spiritus Sancti fuiſſe ductum ab ſpirando, vt docet S. Thomas cum ſumma Theologorum concordia. Et quidem S. Bernard. ſerm. 2. ſuper Cant. inſinuat nomen, Spiritus Sancti ab ſpirando deriuari, eò quòd ipſe Spiritus ſpiret, hoc eſt, afflet humanas mentes. Sed ea nominis interpretatio petitur ab operatione temporaria, qua Spiritus Sanctus nos agitat: depromenda verò eſt ab intima ipſa proceſsione Spiritus Sancti, qua à Patre, & Filio procedit.

5\.

*S. Damaſc.*

*S. Anſelm.*

Sententia quippè eſt *Doctorum* receptiſsima, nomen perſonæ huius diuinæ deduci ab ſpirādo, eò quòd ipſe Spiritus Sanctus ſpiretur à Patre, & Filio: quod quidem ſignificauit non obſcurè S. Ioannes Damaſcenus lib. 1. fidei Orthod. cap.7. Edidit verò apertiſsimè, & ſolerter S. Anſelmus Monol. cap. 55. *Pater*, inquit, *pariter & Filius non faciunt, neque gignunt, ſed quodammodò (ſi ſic dici poteſt) ſpirant ſuum amorem: quamuis enim non noſtro more ſpiret ſumma incommutabilis eſſentia; tamen ipſum amorem, à ſe ineffabiliter procedentem non diſcedendo ab illa, ſed exiſtendo ex illa, forſan non alio modo poteſt dici aptiùs, ex ſe emittere, quàm ſpirando.* Quod ait, eſſentiam ſpirare, mitem explicationē poſtulat: neque enim eſſentia ſpirat, ſed Pater, & Filius ſpirant; ſicut eſſentia non generat. Benè autem declinat à falſo intellectu, ne credamus in Deo eſſe ſpirationem, vt in nobis, qui ſpiritum ducimus aerem trahentes, & reflantes emittimus eundem aerem. In ſpiratione autem diuina id quod emittitur, procedit de intima ſubſtantia, & ita Deus ſpirat, & Deus ſpiratur; ſicut Deus gignit, & Deus gignitur. Quod idem notauit S. Damaſcenus loco iam commemorato; & doctè quidem ſentit hanc proceſsionem occultiſsimā, non alio magis congruo modo aperiri poſſe, & vtcunque indicari, quàm vt dicamus, Patrem, & Filium ſpirando producere Spiritum Sanctum. Quamobrem meritò quidem ſchola Theologorū huic ſententiæ acquieſcit, & nominis expoſitionem videtur ab S. Anſelmo propoſitam fuiſſe aſſecuta. Videndus ſuper hac re S. Baſil. libr. 5. contra Eunomium, & item S. Hilarius lib. 12. de Trinit. & S. Chryſoſt. hom. 5. de incomprehenſibili Dei natura, & S. Auguſt. qq. veteris, & noui teſtament. q. 59. & S. Dionyſ. lib. de cœleſt. hierar. cap. 15. D. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 7.

Dum ait eſſentiā ſpirare, mitem explicationē poſtulat, vt lib.5.cap.14. n.23.

*S. Damaſc.*

*S. Baſil.* *S. Hilar.* *S. Chryſoſt.* *S. Auguſt.* *S. Dionyſ.* *S. Gregor.*

6\.

Tres cauſæ ob quas nomen, Spiritus Sancti à ſpiratione ſumatur.

Sed tamen adhùc res hæc nobis agēda eſt, vt enucleetur cauſa ipſa ratioque doctrinæ veriſsimæ, quæ ſit illa imitatio noſtræ efflationis, vt ſpiratio diuina per etymon ab illa petatur. Credimus enim egregiè reddi cauſas tres; ſpiratio nāq; occulta eſt, & ſubtilis, & nonnihil habet ſymboli amatoriæ operationis, id eſt, de ſe aliquid amatorium notat.

7\.

1\. Cauſa, quia ſpiratio eſt ſubtilis, & pura, lib.1.cap.17.p.1.n.1.

Primò igitur, quia vt lib. 2. diſputauimus, ventus, ſubtilis à ſua natura cum ſit, ſpiritus appellatur, nomen ipſum deductum eſt ad ea etiam ſignificanda, quę corporis expertia ſunt. Meritò autem Deitati nomen iſtud ſacratum eſt: quæ non modò incorporea, ſed omnis concretionis eſt vacua, & actus purus. Quarè Ioannes quidem dixit, *Deus ſpiritus eſt*; & ipſe *Dominus* teſtatur, quia ſpiritus eſt Deus. Nam etſi hæc verba nonnulli Patres de Spiritu Sancto enarrent,

non

A non minùs de natura Deitatis videntur eſſe intelligẽda. Sicut igitur ſpiritus traductione nominis ſignificat diuinã naturã incorporeã, & ſimpliciſsimam: ita ſpiratio ſignificat diuinam quandam proceſsionem ab omni mutatione viciſsitudinisq; obumbratione lõgè repoſitam. Et hæc eſt prima ratio propter quam proceſsio Spiritus Sancti, cũ careat proprio nomine, dicitur ſpiratio, quia eſt ſubtilis, imò pura operatio, nulli adhærens ſubiecto, nulli mutationi obnoxia.

8.
2. Cauſa, quia occulta.

Dicitur ſubindè iſta proceſsio, ſpiratio, quia eſt occulta: quam cauſam Chriſtus Dominus inſinuauit, cum ſermonẽ faceret de Spiritu Sancto, qui eſt origo nouæ, & ſinceræ natiuitatis, dum ſacris aquis luſtramur, ſubijcit exemplum delitescentis ſpiritus, in ſpiritu hoc, & vẽto corporeo, *Spiritus*, inquit, *vbi vult ſpirat, & neſcis vnde veniat, aut quò vadat*. Et ſimiliter in Eccleſiaſtico. *Et quomodò ignoras viam ſpiritus*, hoc eſt, vẽti, & Pſalm. 134. *Qui producit ventos de theſauris ſuis*. Videdũs etiam Franciſc. Valent. lib. 6. de ſacra philoſophia, cap. 50. Quamobrem Lucretius lib. 1. de rerum natura, ventos appellauit corpora cæca, id eſt, latentia, & nõ viſa. Quis autem neſcit ortum ventorum eſſe in obſcuris naturæ reconditum, vt de eo ſit phyſicis perpetua controuerſia? de qua re diſputauit fuſiſsimè Ariſtot. ſingulari tractatu. Plutarchus lib. 3. de Placitis, cap. 7. Plinius lib. 2. c. 45. Agricola lib. 2. de ortu, & cauſis ſubterraneorum, Seneca lib. 5. naturalium quæſtionum, cap. 6. Theophraſtus, & alij. Neque ſola ſpiratio ventorum, ſiue flatus latet, ſed ipſa ſpiratio animantis ex fontibus abditis hauritur. Nam etſi Ariſtoteles cap. 2. de Reſpiratione, doceat pulmonem eſſe inſtrumentum ſpirationis. Aliqui tamen in diaphragmate præcipuè eã vim motricẽ ſitam eſſe volunt. Et Auerroes lib. 2. Collig. c. 59. id *Ariſtotlẽ* ſubterfugiſſe non diffitetur. Spiratio igitur cũ ſit quodam arcano naturæ inuoluta, iure optimo translata eſt, ad diuinam proceſsionem ſignificandam, illam inquam abditam, cuius nomen inſitũ ignoramus, quę eſt proceſsio Spir. Sãcti; nam Filij origo aperto nomine, generatio nuncupatur.

*Ioan. 3.*
*Eccleſiaſt.*
*Pſal. 134.*
*Fr. Valent.*
*Lucretius.*
*Ariſtot.*
*Plutarch.*
*Plin.*
*Agricola.*
*Seneca.*
*Theophraſt.*
Etiam ſpiratio animantium occulta.
*Ariſtot.*
*Auerr.*

9.
3. Cauſa: Multa in alijs imitatio ſpirationis corpo-

Denique, ſi rem iſtam penitiſsimè ſpeculemur, multa imitatio, collatioque eſt ſpirationis corporeæ ad ineffabilẽ proceſsionẽ Spiritus Sancti. Nam ſi de ortu & natura ventorum phyſicos auſcultemur, quidã ſunt, qui ventũ nihil aliud eſſe exiſtimant, niſi ipſum aerẽ commotũ. In quam ſententiam videntur ire Hyppocrates lib. de flatibus, atque etiã *Anaximander*, & Stoicis illa non diſplicet. Ex Patribus verò cẽſet S. Iſidor. lib. 13. & S. Ioan. Damaſc. lib. 2. fidei Orthod. cap. 8. Seneca verò loco commemorato addit, ventum vi ſua mobilem eſſe. Quibus etſi refragatur Ariſtotel. & ventum eſſe exhalationẽ calidam, & ſiccam, contendat: breui tamen eſt interuallo diſsidium. Nam & exhalationes, non niſi aB re cõmoto commoueri neceſſe eſt; quia aerem circumfuſum niſi pellant, cieri non poſſunt: & cũ tam aeris pulſi, quàm exhalationis pellentis raptum percipiamus ſenſu, ocioſum pene eſt inter hæc diſcernere.

reæ ad ineffabilem proceſsionem Spir. Sancti.
Ventũ aerẽ cõmotũ eſſe tenet *Hyppocrat.*
*Anaximãd.*
*Stoici.*
*S. Iſidor.*
*S. Damaſc.*
*Seneca.*
Exhalationẽ eſſe tenet *Ariſtot.*

10.
1. Imitatio

His cõpoſitis, in operatione volũtatis quandã ſpirationẽ oportet ſenſu mẽtis experiri. Nam, vt omittamus calidã eſſe, imò igneam appetẽtem partem animi, quæ dicitur voluntas (de qua re multa poſteà dicemus) vt exhalatio naturæ igneæ, ſit aliquod eius ſymbolum. In eo maximè quadrãt, quòd amor procedẽs C à voluntate eſt quidam impulſus; in ſpiritu autem, ſiue vento, nihil proprium viget, niſi pulſus, ſiue motus. Nam, ſiue aere, ſiue exhalatione conſtet, neque ille, neque iſta ventus eſt ſine motu, & ipſe ventus, qui eſt ab alia cauſa impulſus, proxima quæque pellit; ita vt ſit principium motus conſequentis; exhalatio etiam commota cætera impellit, & rapit. Spiratio verò animantis à corde emanat, quæ eſt ſedes affectionũ, & amoris. Et quid aliud eſt amor, niſi impetus? efflatur autem ſpiratio maximè è corde ardenti, ſicut amor procedit ab inflamD mata voluntate. Venuſtiſsimè igitur dicitur voluntas ſpirare amorem, quæ ſunt verba S. Anſelmi, quem etiam ſequitur S. Thom. *Quia*, inquit, *eſt propriũ amoris, quòd moueat, & impellat volũtatem amantis in amatum*, vt anteà declarauimus.

2. Imitatio pręcipua.
Amor procedens eſt quidã impulſus, & impetus.
*S. Anſelm.*
*D. Thom. 1. p. q. 86. ar. 1.*
Lib. 2. cap. 7.

11.
3. Imitatio.

Præterea ſicut exhalatio cõmota nihil differt à vento, niſi quòd ventus eſt exhalatio, non quieta, ſed commota: ita amor à volũtate hoc ſolo diuiditur, quia eſt altera voluntas ex motu voluntatis effecta, qua rebus amatis coaptamur:

Voluntas dicitur libera, quia libera facultate ad hoc vtitur vt ſit cauſa ſui, & ſe ſe moueat,

A

quæ enim ſũt vitâ prędita, ſe ſe ipſa mouent; maximè verò voluntas libera, quæ ob id dicitur libera, quia libera facultate ad hoc vtitur, vt ſit cauſa ſui, ſe ſeque moueat. Et ita amor, qui ab illa procedit, quàm optimè aſsimilatur vento afflato, ſiue exhalationi cõmotæ. Proceſſio ergo Spiritus Sãcti nomine ſummopere accõmodato dicitur ſpiratio, ſiquidèm ipſe eſt amor procedens quaſi ex diuino corde efflatus, in eadẽ tamẽ ſubſtantia manens. Quod quidem S. Anſelmus voluit cõmentari. Imò non obſcurè videtur Christus Dominus hoc ipſum ſignificaſſe, dum Apoſtolis Spiritum *Sãctum* dedit, & inſufflauit diuinitùs.

*D. Anſelm.*

*Ioan.* 20.

B

12.

Cur Patres verbum ſpirandi fecerint actiuum?

Colligamus igitur nomẽ Spir. Sancti, duci ab ſpirãdo: Patres verò feciſſe hoc verbũ ſpirandi actiuũ, vt ſignificaretur Patrem, & Filium ſpirare Spir. Sanctũ, hoc eſt, producere illum de ſua ſubſtantia, vt amorem intimum. Et ita rectiſsimè docet S. Thom. in hoc nomine Spiritus Sancti prout perſonam ſignificat, relationem intelligi ſiue originem, quatenùs ſignificat Spiritum, hoc eſt, ſpiratum, ſcilicèt perſonam quæ ſpiratur.

*D. Thom.* 1. *p. q.* 36. *ar.* 1. *ad* 2.

13.

Aduert.

*Ex S. Hier.*

Nomen Spir. Sancti Latinis eſt maſc. Hebræis fæmininum, Græcis neutrum.

C

Illud etiam ad finem libet aduertere ex S. Hieron. ad Paulam, & Euſtochium (ſi tamen auctor illius ſcripti ſit S. Hieron.) de Aſſumptione B. Mariæ, quòd nomen Spiritus Sancti Latinis quidẽ eſt maſculini generis, Hebræis fœminei, Græcis neutrius: quod fortè non vacat myſterio. Sed in omni idiomate petitur nomen ipſum ab ſpirando; vt non ſine cauſa, à diuina ſapientia in ſacris literis oſtendatur inuentum, & vſurpatum.

## SECVNDA PARS.

### *Hoc nomen, Spiritus Sanctus, non eſt proprium diuinæ perſonæ.*

1.

*Ex S. Thom.*

1. Aſſertio, vt in tit.

Tripliciter vſurpatur nomen propriũ, 1. Senſus.

DIfficultatem facit id quod S. Thom. 1. p. q. 36. ar. 1. dicit nomẽ Spiritus Sancti, non eſſe proprium diuinæ perſonæ, ſed accommodatum: quam explanare, haud erit difficile, ſi hoc, quod appellat nomen proprium, ęquiuocatione reiecta, iudicetur. Eſt enim nomen proprium, quod non eſt metaphoricum, nec tranſlatum à ſua ſignificatione: quo ſenſu nomen Spiritus Sancti, eſt propriũ diuinæ perſonæ; vtpotè diuina auctoritate ad illam ſignificandam inſtitutum.

2. Senſus.

*Luc.* 1.

Alio quoque ſenſu dicitur nomen proprium, quod eſt perſonæ cuiuſpiam nomen, ſicut dixit Lucas, *Et nomen Virginis Mariæ.* Qua etiam vſurpatione nomen Spiritus Sancti, eſt propriũ diuinæ perſonæ origine tertiæ: nomen, inquam, perſonale, & ſingulare, non cõmune, ſiue appellatiuum, vt olim vocabãt. Sed alio modo dicitur proprium nomẽ rei, quod eſt ad illam, ex prima inſtitutione ſignificãdam vſurpatum. Quo pacto nomina diuina, quæ ſua notione res etiã creatas complectuntur, ſunt Deo illiſq; propria, & cõmunia. Et hac ratione in illa prima diuina origine inueniũtur nomina propria: verbi gratia dicere, quod eſt propriũ intelligentis; Verbũ, quod eſt proprius terminus intellectionis hac voce genuina ſignificatum: generare, quod eſt propriũ viuẽtis; Pater, & Filius, quæ ſũt nomina propria perſonarũ, inter quas intercedit generationis origo; hæc omnia inueniũtur propria in illa prima proceſſione Verbi. At verò in proceſsione ſecunda Spiritus Sancti nullũ eſt nomen propriũ, quod illã declaret. Nam diligere non explicat originẽ; amor non clarè ſignificat terminũ dilectionis. Imò ſunt rari Doctores, qui hunc terminũ agnouerint ante S. Thom: qui illum argutiſſimè, & ſapientiſsimè docuit, & tradidit. Ergo in hoc ſenſu dubium non eſt, quòd non ſit nomen propriũ, hoc nomen Spiritus Sanctus, ſcil. ex ſua prima inſtitutione, ſicut nomina, Patris, aut Verbi.

3. Senſus.

Hinc ratio pro tit. In hoc 3. ſenſu nullum eſt nomẽ proprium in 2. proceſſione.

Rari Doctores terminum dilectionis agnouerunt ante S. Thomam.

2. Declaratur.

D

In 1. ſenſu nomen, Sp. Sanctus, ſignificat propriè diuinam perſonam; nõ in 3. ſenſu non retinet communem ſignificationem rebus creatis & diuinis: aliàs eſſet analogum.

Arctiùs verò meditandum eſt, nomina Patris, aut Filij, quę ex prima inſtitutione ſũt cõmunia rebus creatis, & diuinis, eſſe etiã perſonalia, & propria (vt nomẽ Petri, aut Pauli) diuinis perſonis, retenta ipſa ſua prima ſignificatione. Quia nomen Patris, v. g. eſt nomen diuinæ perſonæ, & eſt contentũ ſub nomine cõmuni Patris, quod eſt commune ipſi diuinæ perſonæ, & rebus etiam creatis, cõmuni quodam & analogo conceptu. Quod de nomine Spiritus Sancti nullatenùs poſſumus aſſerere: nam, etſi ex diuina auctoritate inſtitutum ſit ad ſignificandũ diuinam perſonam; non tamen retinuit communem ſignificationem rebus creatis, & diuinis: ſed ęquiuoca ſignificatione, & omninò diuerſo conceptu ad ſignificandũ perſonã diuinã origine tertiã, eſt inſtitutum; aliàs eſſet nomen analogum, vt alia diuina nomina communia.

Altera

3.
2. Ratio p tit. Nomen, Sp. Sanctus, non eſt relatiuum.

Altera etiam ratione rectè aſſeritur, A non eſſe Spiritus Sancti nomē propriū; quia cum Spiritus Sanctus ſit relatio quædam ſubſiſtens, ſicut etiam Pater, & Filius, ſi nomē Spiritus Sancti eſſet proprium, oporteret vt ſignificaret eam relationem ſubſiſtentem, quæ eſt Spiritus Sanctus; ſicut nomina Patris, & Filij ſignificant, quia ſunt relatiua. Nomen autem Spiritus Sancti non eſt relatiuum.

Declaratur ex lib. 4. cap. 65. & 66.

Qua in rè duo ſunt aduertenda, Primū, quòd nomen Spiritus Sancti ſignificat quidem diuinam perſonam, quæ verè eſt relatio ſubſiſtens; ſed non ſignificat B illam ſub conceptu relatiuo, ſed abſoluto: ſicut nomen, perſona, in Deo eſt abſolutum, quia quamuis perſona in Deo ſit relatio, tamen hoc nomen, perſona, ſignificat relationem non ſub conceptu relatiuo, ſed ſub conceptu abſoluto; & ideò eſt nomen abſolutum, & non relatiuum.

Obiectioni occurritur. Hæ loquutiones, ſpiritus Patris, Ferdinandus Petri, ſignificant poſſeſſionem, non relationem. *S. Thom.*

Alterum eſt, quòd etſi Spiritus Sanctus dicatur ſpiritus Patris, aut Filij, non ideò eſt nomen relatiuum, quia tales eloquutiones ſignificant poſſeſſionem, vt aiunt Grammatici, quia gignendi caſus eſt poſſeſſiuus, ſicut dicitur Ferdinandus Petri, quia eſt filius Petri: quæ tū non ſunt nomina relatiua, ſed abſoluta. Et hæc quidē à S. Doct. notata ſūt. C

4.
2. Aſſertio. Nomen, ſpiratio, nō eſt proprium 2. proceſſionis.

Similiter dicendū de ſpiratione, quod nomen ſignificat proceſſionem Spiritus Sancti; & in eodem ſenſu non eſt nomē proprium talis proceſſionis; quia ex prima inſtitutione inſtitutum eſt ad ſignificandam cōmotionem aeris; & tranſlata ſignificatione ad actū dilectionis ſignificandum: at verò ad ipſam proceſſionē Spiritus Sancti, ęquiuoca omninò ratione deriuatū eſt.

Ad 2. proceſſionem æquiuocatione deriuatū eſt, non analogica.

Nō enim eſt nomē analogū, quod ſignificet iſtam diuinam proceſſionē cū quadā ſimilitudine ad ſpirationē corporeā vēti; D ea enim ſimilitudo ſolùm in ipſa nominis etymologia attēditur, & propter eam accōmodatum eſt nomen, vt S. Thom. docet; ſed non attenditur talis ſimilitudo in ipſa ſignificatione nominis, quia tūc eſſet analogū.

Ad hanc deriuationem attēditur ſimilitudo in etymologia, non in ſignificatione huius nomin.

5.
Cōlect. pro tit. Etiam nomē Spir. Sanctus, vt eſt à ſpiratione ductum, nō eſt propriū.
1. Rati.
2. Ratio.

Hac eadē ratione oſtēditur nomē Spiritus Sancti in hoc ſenſu nō eſſe propriū; tum quia nō eſt proprium concretū ſpirationis, ſed concretū eſſet, ſpiratū: tum quia ſpiratio nō ſignificat relationē, ſed originē; nomen autē perſonę in Deo, nō ſignificat originē in *Deo*, ſed relationē ſubſiſtentem. *Do*ctiſsimè igitur S. Thomas docuit nomen Spiritus Sancti in ſenſu explicato non eſſe proprium.

## CAPVT II.

### *Amor, & Donum ſunt nomina eiuſdem perſonæ, quam Spiritum Sanctum dicimus.*

HOc capite duo nomina perſonalia Spiritus Sancti elucidanda ſunt, diuiſo in partes duas.

Prima pars: *Amor eſt nomen proprium Spiritus Sancti.*

Secunda pars: *Donum eſt nomē propriū Spiritus Sancti.*

### PRIMA PARS.

#### *Amor eſt nomen proprium Spiritus Sancti.*

1.

NOmen proprium hoc capite vſurpamus, eadem ſignificatione, qua cap. præcedenti ſecūda parte vſi ſumus, ſcilicèt quòd propter primam nominis inſtitutionē dicitur proprium. Eſt autē hoc nomen, *Amor*, æquiuocum, ſcilicèt deſignans operationem voluntatis, qua aliquid amamus, & ipſum terminū operationis, quo etiā ferimur in rē amatā.

Nomē, Amor, æquiuocum.

2.
Titulus explicatus.
Nomen amoris, vt ſignificat operationē diuinā, nō eſt perſonale: vt ſignificat terminum operationis, maximè.

Dicendū igitur eſt, nomen amoris, vt ſignificat operationem diuinam, nō eſſe perſonale, hoc eſt, perſonæ propriū, ſed commune toti Trinitati; operatio enim C qua Deus ſe diligit, eſt ipſa eſſentia diuina Pater, & Filius, & Spiritus Sāctus. Si verò nomen vſurpetur pro termino operationis, qui eſt amor ex dilectione procedens, id quod ex dilectione procedit, in Deo perſona eſt, & illa eſt Spiritus Sāctus; Filius enim ex intellectione, ſpiritus ex dilectione procedit.

3.
Nomina operationum, quę à verbis ducūtur, non rarò ſignificāt operationē, & terminum.

Et quoniā iſtæ operationes vix à ſuis terminis diſcernuntur, nomina earum, quæ à verbis ducuntur, vtrumque non D rarò ſignificāt: vt intellectio, ſiue notio, aut notitia indicat operationem intelligibilem, & terminum, quod eſt verbum; dilectio ſimiliter ſignificat, & operationem diligendi, & amorem procedentē. Et quoniam charitas pro dilectione nōnunquam ſumitur, vtrumque ſignificare poteſt, & dilectionem, & amorem, qui ex dilectione oritur. Quamobrem hæc tria veluti ſynonima ſunt nomina propria Spiritus Sancti, Amor, Dilectio, Charitas, quatenùs hæc tria ſignificant operationis terminum: charitas autem, & amicitia multoties ſynonima ſunt; ſed conſuetudo loquentium effecit, vt charitas non ſolùm pro habitu, ſiue poteſta-

Hæc tria veluti ſynonima amor, dilectio, charitas.

Differentia inter amicitiam & charitatem.

poteſtate, ſed pro actu, ſiue operatione A vſitetur, aut pro termino qui eſt amor: amicitia autem pro ſolo habitu, quæ eſt virtus manens in animo. Quare amicitia in Deo videtur eſſe nomen eſſentiale, quod ſignificat diligendi vim, aut etiam operationem: charitas autem pro amore vſurpata poterit eſſe nomen proprium Spiritus Sancti, ſicut & amor. Et idcircò S. Auguſt. apud Magiſt. in 1. d. 10. dubitauit Spir. Sanctũ dicere amicitiã.

Amicitia vſurpatur pro ſolo habitu.

In Deo eſt nomẽ eſſentiale.

*S. Auguſt. apud Magiſt.*

4. Hoc autem loco obſeruandum nobis erit quòd è nominibus diuinis quædam vni perſonæ, quædam alteri ſingulatim accõmodantur, quę dicũtur appropriata, vt capite ſequenti dicemus: quædam B verò ſunt nomina propria perſonarum. Quare hoc nomen, *A*mor, etiam, vt ſignificat operationem diuinam eſſentialẽ, accommodatum eſt Spiritui Sancto, qui per dilectionem procedit: ſed in hac ſignificatione non eſt nomen eius propriũ. Qua ſignificatione vſus S. Auguſtin. 15. de Trinit. cap. 17. affirmat tres perſonas Trinitatis eſſe dilectionem vnam, ſicut tres ſunt ſapientia vna, quamuis ſapientia ſingulatim de Filio dicatur, & dilectio de Spiritu Sancto, ſcilicèt per accõmodationem. S. Gregor. hom. 30. in Euang. Spiritum Sanctum amorem nuncupat; & id non eſt rarum apud Patres, ſed tamen an intelligant de amore procedente, incertum eſt.

Hoc nomen, Amor, etiã vt ſignificat operationem diuinam eſſentialẽ accommodatũ eſt Spiritui Sãcto.

*S. Auguſt.*

*S. Gregor.*

5. S. Thomas in 1. d. 10. q. 1. art. 1. ad 4. aliam affert nominis vſurpationem, ſcilicèt amorem notionalem, quæ ſit operatio qua Pater, & Filius producant Spiritum Sanctum, & à Theologis dicitur ſpiratio actiua; ſed tamen ea ſignificatio inuſitata eſt, & non oportet nominũ ambiguitatem augere.

*Ex S. Thom.* Amor ſignificat amorẽ notionalem.

Hæc ſignificatio inuſitata eſt.

6. Sed oritur ex hac doctrina quæſtio de Verbo diuino. Nam cum nomen, Amor, in Deo ſecũdum diuerſas ſignifica- D tiones ſit nomen eſſentiale, & perſonale ſimul, vt docuimus, videtur quòd ſimiliter Verbum ſit nomen eſſentiale, & perſonale in Deo. Quam ſententiam tenet Albert. in 1. d. 27. & S. Thom. olim diſtinctione eadem q. 2. ar. 2. Capreol. art. 2. concl. 4. Durãdus verò ibidẽ arbitratur Verbum in Deo eſſe ipſam intellectionem, & idcircò eſſe nomen eſſentiale, & non eſſe perſonale, niſi per accommodationem, ſicut dicimus Filium *Dei* eſſe ſapientiam; & ita dici etiã Verbũ.

Difficultas: Vtrùm ſicut nomẽ, Amor, ſecundum diuerſas ſignificationes eſt nomen eſſentiale & perſonale: ita & nomen, Verbum?

1. Sent. affirm. *Alb. Magn.* *S. Tho. in* 1. *Capreol.*

2. Sententia *Durandi.*

A Imprimis hæc poſterior ſentẽtia Durandi non ſatis cõcordat cum doctrina Orthodoxa, & Catholica: nam Filiũ Dei eſſe Verbũ teſtatur Ioan. in initio Euãgelij, vbi maximè enarrat diuinam Filij Dei naturã, & generationẽ. Et S. Thom. docet hæreſim Arianam defluxiſſe ab Origene, eò quòd ſentiebat Filium Dei nõ eſſe propriè Verbũ. Periculoſiſsimũ ergo eſt, ſi non omninò fateamur Verbum eſſe nomẽ perſonæ Filij Dei. Alterum autem enunciatum quòd Verbum ſit etiam nomen eſſentiale, & non ſolùm perſonale, tametſi non diſſentiat à fide, eſt tamẽ minùs conſonum fidei, & à vera B philoſophia omninò alienum, vt lib. 2. explicauimus. Sentiẽdum igitur eſt hoc nomen, verbum, non ſignificare intellectionem, ſed ſolùm terminum intellectionis. Nam etſi verum eſſet ex omni parte, quod intelligere eſt quoddam loqui: adhùc tamen oporteret diſtinguere ratione quòd aliud eſt loqui, & aliud eſt verbum, quod loquimur. In Deo autẽ, nomine loquendi non propriè vtimur, ſed vtimur nomine dicendi, quod eſt mente eloqui, & hoc ipſum verbum, dicere, in diuinis non eſt eſſentiale: ſolus enim Pater dicit, & habet Verbum. C Non eſt ergo hoc nomen, Verbum, eſſentiale, ſed perſonale & proprium Filij. Atteſtatur Magiſt. diſt. 27. S. Bonauent. art. 2. q. 1. Richardus q. 2 Gandauenſ. quodlibet. 5. q. 26 D. Thom. art. 1. & 2. Et hoc idem huius operis libro ſecundo auctoritate S. Auguſt. & Patrum eſt comprobatum.

7. Hæc 2. ſententia nens Verbum eſſe nomen eſſentiale, & non eſſe perſonale, niſi per accommodationem, nõ admodum cõcordat cum doctrina Catholica.

*Ioan.* 1.

*S. Thom.*

Hæreſis Ariana ab Origene.

1. Sent. non diſſẽtit à fide, eſt tamen fidei minùs cõſonum.

Lib. 2. c. 14. ¶.

Verbũ non ſignificat intellectionem, ſed ſolùm terminum intellectionis.

Eſt nomẽ perſonale, non eſſentiale.

*Magiſt.* *S. Bonau.* *Richard.* *Gandau.* *D. Thom.*

Lib. 2. c. 14. ¶.

8. Nomen autem amoris iuxta communem ſentẽtiam ſignificat operationem voluntatis, & ideò in Deo nomen eſſentiale eſt: quatenùs verò alia ſignificatione diuerſa, ſignificat ipſum terminum operationis voluntatis, abſque dubio eſt D perſonale, & proprium Spiritus Sancti.

Diuerſa ratio de amore.

9. Alia ſunt nomina Spiritus Sãcti propria pertinentia ad amorem, & illa quidem æterna, quia indicant proceſsionẽ, vt quòd ſit nexus, & vinculum; de quare diſputauimus lib. 2. & S. Bernardus ſerm. 1. in octaua Paſchæ vocat vinculũ Trinitatis, quo Pater, & Filius colligati ſunt. Et hæc ſũt metaphorica: neq; enim Spiritus Sanctus propriè eſt nexus, aut vinculũ. Et idẽ S. Bern. ſerm. 8. in Cant. appellat Spiritum Sanctum oſculũ Patris, & Filij. Imò & diſcipulis Chriſtum inſufflan-

Alia nomina Spiritus Sãcti propria pertinentia ad amorem, vt nexus, vinculum.

Lib. 2. c. 7. n. 4.

*D. Bern.*

*Idem* vocat Spiritũ oſculũ Patris.

*Cantic. 1.* inſufflantē quaſi oſculum dediſſe, quod A
*S. Bernar.* eſt ſpiritus, vt meritò hoc oſculum ſpō-
gluten firmū ſa Eccleſia ſibi poſtulet, cum ait, *Oſcu-*
dicit. *letur me, &c.* Et ibidem gluten firmum
Hæc omnia dicit. Sed hæc omnia metaphoricè di-
metaphorica cuntur: & idcircò non appellantur per-
ſunt, & ideò nō ſonalia nomina.
ſunt pſonalia.

10\. Dignum etiā obſeruatione eſt, nomē
Nomen, ima- imaginis in Deo, ita eſſe proprium Filij,
go, non poteſt vt Spiritui Sancto non poſſit coaptari:
Spiritui San- nam imago in quadam traductione fun-
cto coaptari. datur, quę in Deo eſt per operationē in-
Lib. 2. c. 18. tellectus, & non voluntatis, vt lib. 2. lu-
p. 3. n. 22. culentèr expoſuimus, & illud dicitur à
*Ad Hebr. 1.* Paulo, *ſplendor gloriæ*, lux enim intelli-
gibilis eſt, & figura ſubſtātiæ, id eſt, ima- B
go eſſentiæ. Eſt ergo nomen, imago, in
Deo proprium Filij: quamobrē ſi Patres
nomen imaginis attribuunt aliquando
Spiritui Sancto, ſunt beneuolè interpre-
tandi, quòd non loquantur in ſenſu pro-
*S. Athan.* prio. Videndus S. Athanaſius in decre-
*Dydim.* to ſynodi Nyſſ. Dydimus apud Sanct.
*S. Naziāz.* Hieron. lib. 1. de Spiritu Sanct. Naziāz.
*S. Chryſoſt.* in Apolog. de fuga. S. Chryſoſt. hom. 34.
*S. Athan.* in Ioan. Sed tamē ipſe S. Athan. epiſt. 2.
*S. Baſil.* ad Serapionē, & S. Baſil. lib. 5. cōtra Eu-
explicantur. nomiū dicunt Spiritum Sanctū imaginē
Filij, id eſt, Filio ſimillimū, nō tamē quaſi
exemplatum aut traductum. Vſurpatur C
Imago pro re enim aliquādo nomē imaginis pro re ſi-
ſimillima. millima, vt docet S. Th. 1. p. q. 35. ar. 2.
*D. Thom.* ad 1. Et in hoc ſenſu S. Baſil. explicat il-
*D. Baſilius* lud Pauli, *Conformes fieri imaginis Filij*
ad locum *ſui*, id eſt, Spiritui Sancto, qui eſt ſimilli-
*Rom. 8.* mus Filio; & ita etiā S. Cyril. lib. 13. The
*S. Cyril.* ſaur. c. 1. & S. Damaſc. lib. 1. fid. Orthod.
*S. Damaſc.* c. 18. Hugo Etherianus lib. 2. de Sp. Sā-
*Hugo Ether.* cto, c. 7. S. Hilarius etiā & S. Greg. quos
*S. Hilar.* refert S. Tho. opuſc. 1. c. 12. & Genebr.
*S. Gregor.* ad Schegkiū refert Patres Græcos pro-
*S. Thom.* bare Spir. Sanctū procedere à Filio, quia
*Genebr.* eſt imago illius. Hæc ergo omnia expli-
cāda ſunt, vt imago impropriè accipia- D
tur, ſc. pro re quapiam ſimillima; poteſt
Spir. Sanctus etiā Spir. Sanctus dici imago Patris, &
imago, id eſt, Filij per quandā figurā loquutionis, qua
cauſa reformās tenùs eſt cauſa reformās in nobis ima-
in nobis ima ginē Patris & Filij; & ideò dicimur ob-
ginem Patris, ſignati gratiâ Spir. Sācti per quandā imi
& Filij. tationē, & ſimilitudinē. Quo loquēdi mo
Sic, vt refert re, refert S. Tho. opuſc. 1. c. 31. Græcos
*D. Thomas*, ſolitos appellare Spiritum Sanctū cha-
Græci appella racterem & ſigillum Chriſti. Propria au-
bant Sp. San- tem ſignificatione imago in Deo eſt pro
ctū characterē prium nomen Filij Dei.
& ſig. Chriſti.

A *Confirmatio.*

QVòd nomen amoris ſit proprium
Spiritus Sācti, fulcitur auctoritate 11.
illorū Patrum qui aiunt Patrē, & Filium
diligere ſe Spir. Sācto, ij verò ſuprà cō-
memorati ſunt. Nam ſi diligūt ſe Spiritu
Sācto, diligūt profectò ſe ſe procedente
amore, vt lib. 2. explicatū eſt; neq; enim Lib. 2. cap. 45
alium cōmentarium iſtud proloquiū ha- p. 1. n. 14.
bet. Suffragatur S. Auguſt. 1. Ioan. 4. vbi
ait Spir. *S*anctū eſſe dilectionem, quæ ex
Deo procedit, ſcil. à Patre, & Filio Deo
vno. Idē ſentit Magiſt. in 1. diſt. 10. & *S.*
Thom. confirmat in 1. d. 10. ar. 1. ad 4. & *Magiſt.*
B 1. p. q. 37. ar. 1. nullusq; Doctorum diſſi- *D. Thom.*
det, quin fateatur Spiritum Sanctū eſſe
amorem procedentem; quamuis non-
nulli ſint, qui terminū dilectionis negāt
in rebus creatis: contra quos anteà diſ-
putauimus contendentes, quàm diffici- Lib. 2. cap. 1. p.
le ſit intelligere proceſsionem *S*piritus 3. n. 4.
*S*ancti, niſi operationis voluntatis ter-
minū cocedamus etiā in rebus creatis.
S. Auguſt. hoc ipſū firmat auctoritate 12. *D. Auguſt.*
ſacræ paginæ 1. Ioan. 4. *Diligamus nos* ex ſacra pag.
*inuicem, quia charitas ex Deo eſt, & om-* *1. Ioan. 4.*
*nis, qui diligit, ex Deo natus eſt*, & iterū,
*Quoniam Deus charitas eſt.* Aſſumitur
C prima propoſitio, quòd charitas, ſiue di-
lectio ex Deo eſt: & ſecunda, quòd Deus
charitas, hoc eſt, dilectio eſt, & colligitur
quòd dilectio, quæ eſt Deus, eſt ex Deo,
hoc eſt, procedit à Deo: dilectio autem,
quæ eſt Deus, & procedit à Deo, abſque
dubio Sp. *S*āctus eſt. Et eodē argumēto
vtitur Magiſter loco ſuperiori. *S*ed tamē *Magiſt.*
ſimplicior interpretatio eſt, quòd dile- Alia ſimplici-
ctio noſtra ex Deo eſt. *A*rgumentū verò, or interpreta-
vt de amore creato intelligatur, ducunt tio ad hūc locū
hoc modo, à dilectione oriri dilectionē *1. Ioan. 4.*
cōſentaneū eſt: igitur, cum Deus ipſe ſit
dilectio, ſicut eſt ſapiētia, ij qui diligunt,
à Deo originē trahunt, quia dilectio illo-
D rum ex Deo eſt. Et confirmant auctori-
tate Conc. Mileuit. cap. 4. vbi probatur
auxilium diuinum neceſſarium eſſe, vt *Cōc. Milen.*
Deum diligamus, iiſdē verbis Apoſtoli,
quia dilectio ex Deo eſt, noſtra, inquam,
dilectio à Deo dimanat. Probat autem
*S.* Greg. in hom. 30. Pentecoſt. *S.* Ambr. *D. Gregor.*
eundem *S*piritū *S*anctū amorē appellat *D. Ambr.*
lib. de dignit. hominis, c. 2. & *S.* Anſel- *D. Anſelm.*
mus, vel quicunque eſt auctor illius cō-
mentarij, Rom. 8. in illud, *Spiritus po-*
*ſtulat, Spiritus*, inquit, *poſtulat, id eſt,*
*charitas, quia ſpiritus charitas eſt.*

## SECVNDA PARS.

*Donum eſt nomen proprium Spiritus Sancti.*

1\. *Feſtus. Plin.* Nomen, donum, à δῶρο, quod ſignificat palmum, ſiue palmam.

NOmen aliud Spiritus Sancti eſt donum, quod Feſtus ait fuiſſe acceptum à Græcis: nam teſte Plinio lib. 35. cap. 14. apud eos fuiſſe antiquum vocabulum, doron, quod ſignificat palmum, ſiue palmam, & indè ductum ad ſignificandum id quod manu porrigitur, & donatur; latinè donum dicimus, & nomine altero munus, quod equidem videtur habuiſſe eandem notationem, vt dicatur munus quaſi manuum onus, quod manibus portetur. Nonnulli variant ſignificationem vt dona Deo, munera hominibus conueniant. Alij verò, vt donum maius quid ſit quàm munus. Dicitur etiam à dono donatiuum, quod munus militibus diſtribuitur; ſicut congiarium dicitur donum imperatorium, & regiũ, ſuis diſtributim aſsignatum. Et hæc ſatis ſunt de nominis ſignificatione. Eſt autem donum id quod liberè datur, vt infrà dicemus.

Manus quaſi manuũ onus. — A dono donatiuum. — Congiarium.

2\. 1. Difficultas. Sitne donũ nomen perſonale Spiritus Sancti?

Atqui vt oſtenderemus Spiritum Sanctum eſſe donum, explicandum erat, quid iuris ſit in dono, & quid illud ſit quod donari poteſt, quam diſputationem ſtatim adibimus; ſed modò aliud agimus, Num iſtud nomen Spiritus Sancti ſit perſonale? Conſentimus igitur, id quod certum eſt, Spiritum Sanctum donari hominibus, & eſſe diuinum donum, vt deindè inquiramus de nomine perſonali, ſcilicèt vtrum donum ſit nomen perſonale Spiritus Sancti.

3\. 1. Sent. in tit. aſſerta. — *S. Thomæ* probatio. — Liberæ donationis initiũ eſt amor.

Sententia eſt Patribus, Doctoribusq; vna, quòd Spiritus Sanctus ſit donum, idque ſit nomen perſonæ, quod dicitur perſonale. At verò S. Thomas ingenuè confitetur eſſe nomen proprium Spiritus Sancti, idque etiam argumento firmat. Nam donum eſt, quod libera donatione datur; liberæ autem donationis initium eſt amor; ſed ſolus Spiritus Sanctus procedit, vt amor; ergo ſolus Spiritus Sanctus procedit, vt donum: nomina verò perſonarum diuinarum propria ab origine, ſiue proceſsione illarum petuntur. Eſt igitur nomen hoc ſolius Spiritus Sancti perſonale. Confirm. Quod ratione clariſsima confirmatur; nam Spiritus A Sanctus eſt primum donum, cum donationis origo, & ratio formalis ſit amor; proceſsio autem Spiritus Sancti eſt poſterior proceſsione Verbi ordine naturæ, vt diximus libro 2. Igitur Verbum quod antecedit donum proceſsione, nõ eſt ipſa proceſsione donum, hoc eſt, non eſt donum ex vi proceſsionis. Non ergo donum eſt nomen perſonale Verbi, ſed ſolius Spiritus Sancti. Hæc eſt ſententia S. Thomæ apertiſsima 1. p. q. 38. art. 2. argumento, *Sed contrà*, docentis, quòd ſicut Verbum eſt nomen ſolius Filij, ita & donum ſolius Spiritus Sancti, & auctoritate Sancti Auguſtini confirmat. Et ad 1. ait Filium Dei non eſſe propriè donum. Neque nos latet nonnullis placere contrariam opinionem aſſerentibus Filium Dei, ſiue Verbum eſſe propriè donum, eſſeque nomen hoc perſonale Filij, & Spiritus Sancti, eò quòd etiam Filius nobis donatur. Sed non aduerterunt animum ad id, quod modò obſeruauimus, ſcilicèt nomen perſonale eſſe ponderandum à proceſſione; Filium verò non donari vi ſuæ proceſsionis: vtrùm verò Filius propriè dicatur donari nobis poſteà dicendum, ſed etſi propriè donetur, non tamen ex vi ſuæ proceſsionis.

Spir. Sanctus eſt 1. donum lib. 2. c. 59. — *S. Thom.* — B *S. Auguſt.* — *S. Thom.* — 2. Sent. tituli oppoſita. — Confutatur. — Filius non donatur ex vi ſuæ proceſsionis. — C

4\. 2. Difficultas, vtrùm etſi nunquam dandus nobis eſſet Spiritus Sanctus, eſſet tamẽ donum?

Sed obuerſatur nobis dubium non vulgare, ſitne hoc nomen perſonale Spiritus Sancti ita proprium, vt etſi nunquam dandus nobis eſſet Spiritus Sanctus, eſſet nihilominùs donum? Nam ſi donum non eſſet futurum, eſſet nomen hoc non neceſſarium, ſed contingens, vt nomen creatoris: nomen autem perſonale neceſſarium eſt, & quod non poteſt à perſona ſeparari; nam & Petrus neceſſariò eſt Petrus; indicat enim nomẽ perſonale proprietatem perſonæ. Atqui illud primum ſit conſtitutum, quod omnes confitentur, inter diuina nomina, D nomen doni eſſe æternum: quia donum, vt ait S. Auguſt. 7. de Trinit. cap. 15. non eſt id quod actu donatur, ſed quod animo ſtatutum eſt, vt donetur.

Hæc in recertum: Nomen doni eſt æternum. — *S. Auguſt.*

5\. 1. Dub. ... Quid ſignificet formaliter & præcipuè nomen donum. — *Ex Caiet.* — Tria continentur nomine doni. — Res, relatio ad donatore, ...

Verùm ad hoc dubiũ ſtudioſiùs enodandum ſubit alia quæſtio, quidnam ſignificet formaliter, ac præcipuè nomen hoc, donum? Thom. Caiet. 1. p. q. 38. ar. 2. notat tria, quæ hoc nomine continentur, ſcilicèt, rem ipſam, quæ eſt donum, & relationem doni ad donatorem, & alteram relationem ipſius doni ad eum,

cui

tio ad eum cui ſit donatio.

cui ſit donatio. Res quæ donatur, eſt quaſi ſubiectum, pro quo nomen ſupponitur, cui relatio accidit: relatio autem eſt forma ſignificata per nomen. Quæ certè Caietanus deprōpſit à Sāct. Thoma in 1. diſt. 18. art. 2. ad 3. vbi S. doctor ait rē, quæ eſt donū, nō eſſe partem ſignificationis nominis, quia ſubiectum accidentis per nomen concretum non ſignificatur, vt album non ſignificat corpus teſte cōmentatore 5. Metaphyſ. text. 14.

Relatio eſt forma ſignificata per nomē. *S. Thom.*

*Auerr.*

6. 1. Sententia *Caiet.* quòd donum ſignificat præcipuè relatio nē poſteriorē.

Poſt hæc conferens Thom. Caietan. duas illas relationes doni ad donatorē, & ad eum cui donatur, opinatur præcipuè ſignificari per nomen iſtud, donum, relationem eius ad eum cui donatur, ad donatorem verò minùs præcipuè: & fatetur ordinem rei & ſignificationis eſſe inuerſum, nam in re ipſa relationèm ad donatorem eſſe priorem, & præcipuam, ſed nomine ſignificari principalitèr illā relationem ad eum, cui donatur. Nam & in relationibus verbi exiſtimat hoc idem eſſe compertum, ita vt, etſi relatio verbi ad proferentem ſit re ipſa prior & principalis, tamen hoc nomine præcipuè ſignificatur relatio verbi ad id quod verbo declaratur. Et eadem ratio eſt in hoc nomine donum.

Sic de Verbo.

7. 2. Et vera ſēt. Donū, & verbū ſignificat præcipuè relationē ſuæ originis, ſc. illam priorem.

Nos verò confitemur eandem eſſe rationem ſignificationis nominis vtriuſque, ſcilicèt doni, & verbi, ſed vtrumque aimus ſignificare præcipuè relationem ſuæ originis, ſcilicèt, verbum ad proferentem, donum ad donatorem. Probatur, quoniam nomina inſtituuntur ad intelligendas res conſentaneè ad naturam, cum qua noſter intellectus cōcordat; ordo enim ſignificandi, & ordo intelligendi eſt idem. Natura autē verbi ea eſt vt declaret rem prout eſt in intellectu: quare priùs ordine naturæ refertur ad ipſum intellectum à quo profertur, etiam, quatenùs rem declarat, vt lib. 2. docuimus. Similiter donum eſt, quod ab aliquo alicui datur: ergo etiā vt donum eſt, priùs indicat relationem ad eum à quo datur. Neque Thomas Caietan. negat hæc eſſe priora naturæ ordine: aimus ergo noſtrum modū intelligendi eſſe conformē naturæ: verbū enim priùs referimus ad eum, qui verbum profert; dicimus enim Verbum Dei, aut verbum Hieremiæ, & dicimus donum Regis; ergo in his nominibus re-

Prob. 1. de vtroque.

Verbū declarat rē prout eſt in intellectu lib. 2 c. 4. p. 6. 9. & cap. 14. p. 1. n. 6 & p. n. 5.

Donū quod ab aliquo alicui datur.

Dicimus Verbum Dei, donum regis.

latio originis eſt præcipuè ſignificata. Præterea, quicquid de verbo ſentiendū ſit, nomen hoc, donum, eſt correlatiuū ad donatorem; relatiua autem præcipuè ſignificant eas relationes, quæ præcipuæ ſunt, vt Ariſtoteles ait in Catheg. quāuis habeant alias adiunctas; vt ſcientia ad ſcibile, quamuis etiam ſit ſcientia ſcientis. Ergo haud dubium eſt, quin donum præcipuè ſignificet relationem ad donatorem, cum ea ſit præcipua, qua nomen iſtud ad aliud dicitur: eſt enim donator, qui donū donat, & donum donatoris donum. Quæ opinio non noſtra eſt, ſed Sanct. Thom. certiſsima loco cōmemorato art. 5. ad 1. Ibi enim docet donum deſignare actu relationem ad donantem; at verò ad eum cui donatur, non actu ſed aptitudine. Quare tantùm diſſentit Sanct. Doct. ab opinione Thomæ Caietani, vt omninò ſentiat relationem ad eum cui donatur, nō claudi nominis ſignificatione, vtpotè quæ non cōtinetur actu, ſed aptitudine. Et hoc inquit rationem nominis poſtulare. Et ratio S. Doctoris efficax eſt, nam donum dicitur antequam detur alicui; & tamen non refertur adhùc ad alterū, quia non eſt eius, & eſt iam donatoris; ergo relatio actualis, quam nomen ſignificat, eſt ad donatorem. Quare neceſſe eſt accipere hoc nomen donatoris, non pro eo, qui donat, ſed pro eo qui habet donum, ſcilicèt rem aptam donari, vt donator & donum mutua ſint relata. Et confirmatur auctoritate Sācti Auguſtini, qui donum & donatorem ſæpius cōiungit, vt mutua relata. Ex quibus colligitur, non eſſe propriè donum, quod à donatore non diſtinguitur; quæ enim vera relata ſunt, diſtincta eſſe oportet. Quare id quod ait S. Hilari⁹ 8. de Trinitate naturam diuinam eſſe donum, quod Pater dat Filio, minus propriè dictum eſt: tum quia illud donū, ſcil. natura diuina, non diſtinguitur à donatore; tùm quia donatio propriè ea eſt, quæ eſt libera, non verò naturalis; vt poſteà dicemus: Pater autem dat Filio ſuam naturam gignendo, non liberè ſed natura licet.

Prob. 2. de dono.

Relatiua præcipuè ſignificat relationes quæ præcipuæ ſunt. *Ariſt.* Exemplum ſcientiæ.

Hæc eſt ſent. *S. Thom.*

Eius ratio efficax.

Nomen donatoris accipiendum non pro eo qui donat, ſed pro eo qui habet donum, hoc eſt, rē aptam donari. *S. Auguſt.*

Conſect. Donū diſtinguitur à donatore.

*S. Hilar.* explicatur.

Iſta verò relatio doni ad donatorem in rebus creatis proculdubio eſt rationis. In diuinis verò ſit ne realis an rationis, non facile eſt diſcernere. Nam abſq; dubio in dono ſignificatur origo; eſt 8.

2. Dub. præuiū An relatio doni ad donatorem ſit in diuinis realis?

Arg. pro p. aſſirm.

eſt enim donum donatoris; quod autem eſt alterius, aut proceſsionis, aut originis rationem dicit; id enim quod vſu tenetur, alterius eſt; & quod ab alio procedit, illius eſt à quo procedit. Cum ergo donum diuinum non ſit donatoris, vt vſuaria res, quæ poſsidetur à domino, videtur reliquum eſſet, vt ſit donatoris per originem; relatio autem quæ fundatur in origine realis eſt.

9.
Reſol. neg.
Probatur
Donũ eſt quid aptum donari
S. Thom.
Donator quis aptus donare.

Nihilominus dicendum eſt, eſſe relationem rationis; nam donari eſt relatio rationis; ergo & donum. Probatur conſequentia, quoniam donum eſt quid aptũ donari, vt S. Thomas docet; aptitudo autem & actus eiuſdem rationis ſunt; igitur tàm donari ſiue donatum, quàm donum relationem rationis ſignificat. Quod magis explicatur ſi nomen donatoris accipiamus in eadem ſignificatione, pro donatore qui eſt aptus donare, ſicut donum pro eo quod eſſe aptio donari, vt ſint propriè correlatiua. Sed nomen donatoris pro eo qui eſt aptus donare, non ſignificat formaliter in Deo relationem realem, ſed rationis. Ergo idem eſt concedendum de hoc nomine donum, quod de Spiritu Sancto propriè dicitur.

10.
Ea relatio æterna eſt, & neceſſaria.

Ea tamen relatio æterna eſt, imò neceſſaria, quia fundatur in origine nõ abſolutè, ſed prout perſona Spiritus Sancti procedens vt amor, intelligitur vt principium omnis donationis poſsibilis, ita vt per hoc ipſum Spiritus Sãctus ſit aptus qui donetur, quæ aptitudo relatio rationis eſt,

11.
Ad 2. difficultatẽ reſol. affir. declaratur ex lib. 1. c. 35. n. 2. & cap. 36. p. 1. & 2.

Et per hæc reſpondemus ad quæſtionem propoſitam, quod etiamſi nulla donatio futura eſſet, donum eſſet nomen Spiritus Sãcti, ad eum ſenſum quo lib. 1. docuimus, futura fuiſſe attributa diuina in mente diuina, prout Deus intelligeret id quod intellectu noſtro eſſet intelligibile, quãuis nullus intellectus futurus fuiſſet. Eodem quippe modo intelligeret Deus & Trinitas ipſa, quòd Spiritus Sanctus eſſet donum, ſcilicèt noſtrò humano modo intelligendi, quãuis donum non ſit relatio realis. Id verò quod eſt donum Catholicè cõfitemur eſſe relatiuum, ſcilicèt Spiritum Sanctũ, & eſſe donum ſecundùm originem, ſcilicèt eſſe Patris & Filij: ſed hæc intelliguntur in ſubiecto, pro quo ſupponitur nomen donum.

12.
3. Difficultas, ex S. Thom.
An Spiritus Sanctus poſsit dici donũ noſtrũ.
Prænot.
Nominũ poſſeſſiuorũ conditio eſt vt dominationem, aut originẽ ſignificent.

Diſtinctione eadem artic. 5. inquirit S. Doctor an Spiritus Sanctus poſſit dici donum noſtrum? Eſt autem obſeruãda nominum poſſeſſiuorum conditio, quæ eſt ea, vt aut dominationem, aut originem ſignificent: poſſeſſiua autẽ dicuntur meum, tuum: & ea quæ ponuntur in gignendi caſu, vt liber Ioannis, ad poſſeſſiua ſignificando reuocantur. Deus autem, cum ſit Dominus omnium & idem principium, cum ijs nominibus poſſeſſiuis debet coniungi nomen Diuinum, quæ eius dominatum, vel poteſtatem declarant.

13.
1. Conſect.
Nomina concreta quę ſignificant principium, poſſunt copulari nominib. poſſeſſiuis.
Ratio.

Ex quibus duobus capitibus duo cõſectaria colliguntur. Primum, quòd ea nomina concreta, quæ ſignificant principiũ, poſſunt copulari nominibus poſſeſſiuis; eſt enim creator noſter, & Redemptor noſter: nomina autem abſtracta, quia ſignificantur, vt formæ, & non operationis principia, minùs vſurpantur poſſeſſiuis connexa, niſi & relationẽ indicent principij. Quare non dicitur Deitas noſtra, neque ſapientia noſtra, quæ diuina eſt, niſi fortè inſinuetur, illã ſapientiam fontem eſſe vnde noſtra emanat: nomen verò, Deus, tametſi non ſignificet principium, ſed deitatem, notatione tamen à prouidentia, quę eſt rerum origo, deriuatur, & idcirco dicitur Deus noſter. Vel ſi placet, quia cum diuina natura coniuncta ſunt ea quæ noſtra dicimus, Deum noſtrum appellamus, quia eſt Rex noſter, Dominus noſter.

14.
1. Aſſertio.
Sp. Sanctus dicitur ſpiritus noſter.
Ratio.
Nomen, ſpiritus, principiũ rerũ creatarũ quodãmodo indicat.
Oſtenditur.
Oſtenditur.
Nõ dicitur Sp. Sãctus noſter.

Quocircà Spiritus Sanctus dicitur ſpiritus noſter, vel ſpiritus hominum iuſtorum; quia nomen iſtud, principium rerum creatarum quodam tenus modo indicat: nam vt eſt nomen perſonæ, ſignificat relationem nonprincipij, ſed procedentis; ſed tamen quia procedit, vt amor, qui eſt impulſus in rem amatam, vt explicauimus, quo quaſi impellente Deus nos amat, & ornat beneficijs, dicitur ſpiritus noſter: tum etiam, quia, ſi notatio nominis attendẽda ſit, ducitur ab ſpirando, quo etiam impulſus ſignificatur. Sed non dicitur Spiritus Sãctus noſter, vt aduertit auctor in illa diſt. 2. quia tunc eſt nomen perſonæ & ſubſiſtentis.

15.
2. Conſect.
Nomina, quæ indicant dominatũ diuinum

Secundum conſectarium eſt, quòd ea quæ indicant dominatum diuinum, poſſunt cum poſſeſsiuis coniungi: quare dicitur

poſſunt cum poſſeſſiuis cõiungi.
Deus eſt fælicitas noſtra, qua fruimur, non vtimur.

citur Dominus noſter, Rex noſter. Et A quia principium quoddam eſt etiam finale, eſt etiam Deus fęlicitas noſtra, qua fruimur: & hoc pertinet ad rationem doni; datis enim vtimur & fruimur. Diuinis autem rebus, cum non vtamur, quia non ſumus domini illarum, duntaxat fruimur illis; & ita non obeſt dominatui Deitatis, quòd illâ fruamur. De qua re poſtea agendum eſt.

16. 2. Aſſertio: Spiritus Sãctus nõ dicitur donũ noſtrũ. Ratio. Dicitur datum noſtrum. D. Thom. Poteſt dici donũ noſtrum, id eſt, datum noſtrum.

Sed non dicitur Spiritus Sanctus donum noſtrum; quia donum non ſignificat relationẽ actualem, ad eum cui actu datur, ſed aptitudinem, vt detur: qua aptitudine donum eſt eius qui poteſt donare. Eſt ergo datum noſtrum, ſed non donum noſtrum, vt docet S. Thom. 1. B p. q. 43. art. 2. ad 3. Verùm familiare eſt Latinis, vt donum accipiatur etiam pro re quæ actu datur, & in ea acceptione Spiritus Sanctus poteſt dici donũ noſtrum, id eſt, datum noſtrum.

17. D. Thom. ex Ariſt. ait donum eſſe irreddibilẽ dationem.

Tandem eſt recolendum, quod egregiè S. Thomas obſeruat ex Ariſtot. 4. Topic. 4. donum eſſe irreddibilem dationem, hoc eſt, datum ſinè reſpectu recompenſationis, aut retributionis; & ita quadrat maximè in Spiritum Sanctum, qui gratis omninò donatur nobis, & eſt gratuitum donum. De datione autem irredibili poſtea diſputabimus. C

18. 4. Difficultas. An Filius ſecundum proprietates perſonales quas habet plures, & ſecundum nomina propria, ſit perfectior Sp. Sancto? Arg. pro p. affirm.

Eſto ergò huic capiti periodus, dubiũ quoddam circa nomina Filij & Spiritus Sancti: habet enim Filius plura nomina perſonalia, quàm Spiritus Sanctus, & ea propria: at verò Spiritus Sãctus pauciora habet nomina, & ea non propria. Nam perſona Filij proprijſsimè Verbũ eſt, & Imago, & Filius. At verò Spiritus Sanctus habet hoc nomen, quod nõ eſt relatiuum, ideoque non proprium; & nomen amoris procedentis: nomen autẽ doni non explicat aliquam proprietatẽ Spiritus Sancti, noſtro modo intelligendi ſuperadditam; ſed eundem amorem D procedentem à Patre & Filio, quatenùs eſt aptus donari nobis. Videtur ergo Filius ſecundum proprietates perſonales, quas habet plures, & ſecunduùm propria nomina, perfectior eſſe quàm Spiritus Sanctus? Ad hoc dubium reſpondetur, quòd argumentum probat quòd noſter intellectus habeat plura nomina analoga quibus comparat proprietates Filij cum perfectionibus creaturarum. Non tamen ideo Filius eſt perfectior:

Ad arg.
Reſol. neg.

quia cõparari cum perfectionibus creatis, nihil addit diuinæ perfectioni. Prætereà proprietates perſonales ſunt pfectiones, quæ etſi verè ſint perfectiones, perfectio tamen omnium illarum vna eſt, ſcilicèt eſſentia diuina, vt ſapientiſſimè docet S. Thom. & libr. 3. docuimus. Et ideo vna perſona non poteſt eſſe perfectior aliâ propter plures perfectiones relatiuas, quarum tota perfectio eſt eſſentia diuina, quæ eſt eadẽ perfectio relationum Sp. Sancti.

1. Ratio.
2. Ratio.
D. Thom. Lib. 3. c. 31. p. 3. num. 14.

*Confirmatio.*

19. SPiritus Sanctus etiam in ſacris literis non abs re creditur appellari donum. Nam Actor. 2. dicitur, *Accipietis donum Spiritus Sancti.* Quod quidẽ donum eſt ipſe Spiritus Sanctus, vt S. Auguſtinus commentatur. 15. de Trinit. cap. 19. Et Actor. cap. 8. cum Symon petijſſet, oblatâ pecuniâ, vt ſibi daretur ea poteſtas qua quibus manum imponeret, acciperent Spiritum Sanctum, reſpondit Petrus: *Donum Dei exiſtimaſti pecuniâ poſsideri*: inſinuans ipſum Spiritum Sanctum eſſe donum Dei. Et 2. Corinth. 9. *Gratias Deo ſuper enarrabili dono eius.* Quamuis vtroque loco donum pro re creata ſumi poteſt: priori quidem loco pro poteſtate imponendi manus. Poſteriori verò pro charitate, de qua Apoſtolo ſermo erat.

*Act. 2.* *D. Auguſt.* *Act. 8.* *2. Cor. 9.*

20. Patres etiam Spiritum Sanctum donum dicunt. D. Auguſtinus lib. de vera religione ad finẽ. Et in Inchirid. cap. 40. & lib. 2. contra Creſconium Grammaticum, cap. 14. S. Hilarius lib. 2. de Trinitate Spiritum Sanctum munus vocauit, id eſt, donum, in illis verbis, *vſus in munere*, vt D. Auguſt. & D. Thom. interpretantur, & 15. de Trinitate cap. 19. *Sicut*, inquit, *corpus carnis nihil aliud eſt quàm caro: ſic donum Spiritus Sancti nihil aliud eſt, quàm Spiritus Sanctus.* Explicat enim intrãſitiue, vt aiũt, donum Spiritus Sancti, hoc eſt, donum, quod eſt Spiritus Sanctus; & 4. de Trinit. cap. 20. docet Spiritum Sanctũ procedere non vt natum, ſed vt donum; & idem docet 5. de Trinitate cap. 14.

*D. Auguſt.* *D. Hilar.* *Idem.* *Idem.*

## CAPVT III.

*Plura alia ſunt nomina Spiritui Sancto accommodata.*

¶ Caput diuidimus in partes duas.

Prima